

stemma di Poleto Lancellotto
Ep. Archiep. Celernio ([illegible] [illegible] e S. Leone)
(V. De, Eubel II p. 1464)

Fratris Ambrosij Chatharini ord. pred. Congregatiõis sancti Marci d Florẽtia: Excusatio disputationis contra Martinũ ad uniuersas ecclesias.

PROTESTATVR AVTHOR


Qui leget & intelliget q̃ cõtinẽtur hoc libello de Mart. doctrina. Ac nihilominus fauebit ei. Manifeste oppugnabit Christũ/cito a Spiritu S. de peccato arguẽdus qđ non remittet. Qui uult capere capiat.

¶ Continentur aũt hic causæ quas reddidit sacrilegæ combustionis ad uerbum. Item oppugnationes ac defensiones/quas tribus libellis nephandissimis ædidit aduersus Bullas Pontificias. Ibi damnatos articulos in suis uerbis positos licebit inspicere: & nouas atq; intollerabiles plurimas blasphemias/presertim alterius opusculi quod/Babilonicę captiuitatis ecclesiæ præludiũ: non ab re/neq; sine mysterio nutuq; Dei: inscribitur.

Max. Imperatori / & catholico Regi Carolo. Frater Ambrosius ord. pd. indignus / Fœlicitatem.

PAstor Bonus IESVS Carole gloriosissime / suo gregi cōtra feras bestias duo canū genera ꝓuidit. Vnū eoꝝ qui illas nare sagaci cōperire: latratu indicare: ac de siluis & cauernis in mediū ꝓpellere: Alteꝝ uero illoꝝ / q iam cōptas / ac foras ꝓductas uelociore pede inseq: & dēte tenaciore cōphēdere: Præfectoq; gregis tradere ꝓ meritis accipiendas / ualerent. Quę ut quorsum ad rem p̄sentem īduxim⁹ / declaremus. Nemo qui nesciat. Feras pessimas in gregē Dn̄icum mactādū crudelissime cōspirasse. Sed a primi generis canib⁹ iā nare cognitas: iā latratu īdicatas: iā de syluis / hoc ē argutis humanæ īdustrię uerbis: & de cauernis / hoc ē hypocrisi & cauteriata conscientia: facile ꝓductas ī mediū. Atq; ita irritatas: sua rabie ac ueneno: qđ ore illoto atq; pestifero hac / atq; illac effluer̄ n̄ desinūt: abūde ꝓditas. Supēe ergo nūc alteri⁹ generis canes: q illas ꝑsequāť & cōphēdāť. Inter quos cū tu un⁹ bon⁹ ac fidelis / dignitate ac potestate facile emineas cęteris. Tu merito un⁹ ante alios p̄cipu⁹ / nobis ī hoc op⁹ / es ꝓuocād⁹ & īcitād⁹. Et si. n. te ad illud satis aīatū / uniuersi xp̄iani nōis cultores sūmo cū gaudio ac spe / ītellexerint: neq; đ tua diffidant prudētia ac fide. Attn̄ zelo pulsi sedulis te hortamētis magis īcēder̄ n̄ uerēť. Nemo ꝑ blāditias te seducat. Nemo ꝑ mēdacia & calūnias subuertat. Nemo deniq; cōtēnat adolescētiā tuā: & abutať. Nō. n. ē ī or̄ eoꝝ ueritas: cor eoꝝ uanū ē: suis linguis dolose agūt. Caue tu ab his Cęsar: Audi disciplinā p̄ris tui: nec dimittas legē m̄ris tuę / eccl̄ię sacrosan. ut addať corona capiti tuo: & torq̄s collo tuo: Rddaťq; gl̄ia nōi ei⁹ / ꝑ quē oīs gr̄a ē & ueritas & potestas: cui honor & imperium in secula Amen.

FRATRIS AMBROSII CHATH. AD uniuersas ecclesias in excusationem dispu-tatiõis contra Martinũ. Pręfatio.



POst sacrilegũ atq; horribile Martini Luteri facinus: quo uęsano ausu/ ueterum summorum Sanctorumq; Pontificum salutiferas sanctiones / totq; adeo praeclaras p̃rum sententias igni/rapido manibus illis suis impiis ac scelerosis / tradidit deuorandas: causas tãti sceleris ab eo redditas: & alios quospiã / ẽt priorib⁹ pestilẽtiores uiperinos eius foetus/ex dispensatione/inspicere mihi licuit. Vbi non iam hominẽ ꝓphanũ / nõ canẽ mordacẽ/ nõ lupũ rapacẽ: sed Serpẽtem Regulum ac uenenosum: suisq; his foetibus(sicut euenire solet)proculdubio dirũpendum: ꝑfacile illum agnoui. Vnum ex his profecto primariũ: de quibus ꝑ Hieremiam dominus. Ecce ego mitto ad uos Serpentes Regulos / quibus non est incantatio / & mordebũt uos, ait Dñus. Nam ut nobis unius horum / quae dico operum/chaos tenebrosum declararetur. Opinor non sine Dei nutu / hoc titulo p̃notauit. Babilonicae captiuitatis ecclesię pręludium: in quo ipse nimirũ ante alios/in extremam Diaboli uolẽs trahitur seruitutem. Quippe eiusmodi p̃ludii aliquantula pars est / ꝙ Dñi Deiq; nr̃i IESV Christi sacramenta omnia penitus negat. Etsi enim unum aut duo / aut tria ad summum(sic.n.per insaniarum suarum perplexitatẽ loqui cogor)negare non uideatur: quia tamen absurdis impietatibus & illa teme Hiere.8.

rat atq; prophanat: negare eum omnia/rectius ueriusq; dici poteſt. Cum ergo hoc ſit pars eius: quod ab eo præludium dicit̃: qd obſecro reliquũ erit? aut quãtũ ſperamus fore quod poſt hoc cõminat̃ ſe pariturũ? Enimuero hoc in loco captu mentis deficio: ut prophanius aut monſtroſius/aut petulantius: his quos uidi/& dico/uiperinis fœtibus: quicq̃ ualeã ſuſpicari: ſiue illo/quo nephariũ & atrox ſacrilegæ cõbuſtionis facinus: Acceptabile ꝑfecto Diabolo ſacrificiũ: non ſolũ excuſare audet atq; defendere: uerũ etiam inſolentius: ꝓbare & commendare: ſiue iis/quibus contra S.D.N. Bullas altiore ceruice/ac linguis exſibilãtibus uiruſq; peſtiferum huc illuc diffundentibus/erigitur. Hic.n. ita ſuũ omne colligit uenenũ atq; emittit: ita ſtridens impoſq; ſui/in extremos furores diripit̃: ita perpetuo in craſſa ac patenti inſcitia nõ minus aberrat/ q̃ in perpetua cõtumacia reſiſtat: ut loco miraculi nõ exigui accipiã. Adeo rabioſam peſtem uel nõ cognoſci ab oĩbus/qui ſenſu aliquo regãtur: uel cognitam nõ euitari: & ab iis qui poſſent nõ extingui: ſed potius cũ tanto Chriſtianæ fidei obprobrio & animarũ periculo ac diſpẽdio: impune diutius ſubſtineri. Vtinã non ẽt iuuari atq; foueri. Interpellarunt ergo me nõnulli: ut contra eiuſmodi noua dcã factaq;: noua quoq; in illũ diſputatione accingerer: digneq; tanta monſtra: hactenus a ſeculis nõ perſpecta (ſicut alias: ꝑ oĩpotentis Dei gratiã: in aliis feciſſe uidemur) Diuinis ſuperarem atq; oĩno ꝓſternerẽ teſtimoniis. Quod cum haud inſipienter excuſauerim: cauſaſq; huius excuſationis iuſtiſſimas (niſi fallor) ſimul attulerim: eaſdem pari

riter uobis uniuersis afferre ecclesiis necessarium existi maui: Quo ęqui iudicii uiris facile persuasum relinquā: non solum me prudenter ab omni contra illum disputationis genere posthac abstinere / sed etiam indecore ac stulte nimis acturum / si aliquādo secus egerim: Duo uero tantisper si a lectore impetrem: id ero abunde consecutus / quod uolo. Primum / ita me accipiat: ut his quæ in Martinum dixero: nisi idem mihi irrefragabili testimonio in suis uerbis adsistat: nullam penitus habeat fidem. Alterū ut diuinam ueritatē quā cōpererit: ita suscipiat: ut illam nullo odio / aut quauis animi perturbatione / aut oppugnare proteruia / aut declinare malitia impellatur. Idq; obsecro uehementer atq; obtestor p IESVM Xpum Dñum / & MARIAM ei⁹ matrē. Quibus laus / & honor & imperiū ultra secula. Amen.

¶ Quæ ad bene compositam disputationem desiderentur.



VATVOR AD BENE compositam disputationem necessario exigi / nemo qui sane aduerterit / nō cōcedet.

¶ Primum / quod præsertim christiano homini est attendēdum: ut aliqua inde sequi possit utilitas. Alioquin Paulus ait. Stultas & sine disciplina quæstiones deuita. 2 ad Thi. 2.

¶ Secundum. Vt uterq; disputans eorū quæ in disputationem emergere / aut quouis modo induci possent:

nō ſit incapax. Quis.n.cū ruſtico aut idiota uel puero /
I.Cor.1.3. uel amēte forte de ſublimib⁹ naturæ arcanis ſapiēter cō
tenderit? Aut quis de ſapientia crucis Chriſti / cū ani
mali & carnali: apud quos eſt ſtultitia: cū quæ Dei ſunt
non intelligant / ut Paulus teſtatur: prudentem cōtro
uerſiam ſuſceperit? Quis porro cum peruerſo penitus
Ad Thi.1. & indiſciplinabili / libēter committat? & cum his quos
nobis ad lineam Paulus effigians: aberrātes & in uani
loquium conuerſos uocat: uolentes eē legis Doctores/
nō intelligētes / neq; q̄ loqunť / neq; de qb⁹ affirmant.
¶ Tertium, ut pariter uterq; diſputans modū teneat:
atq; ſeruet legitimæ diſputationis. Dum quæ extranea
ſunt ad diſputationē/non admiſceat: & quę recipi opor
teat / nō recuſet. Quis enim legitime diſputaturus prin
cipia neget? aut quæ loco principioꝝ apud omnes con
ſtantiſſime ſunt recepta? Quod ſi in omni diſputatiōe
eſt obſeruandum: quanto magis cum de fide exoritur
diſceptatio/fundamenta doctrinæ Xp̄i ſūt illibatiſſime
cuſtodienda? cum Paulus ſcribat. Fūdamentum aliud
Ad Cor.3. nemo poteſt ponere præterq̄ quod poſitum eſt. Et alibi
Ad Thi..2 Firmum fundamentum Dei ſtat.
¶ Quartū, ut dignū diſputatiōe ſit/qđ ī cōtentionē po
nať. Quis.n.ſat mētis cōpos / utrū cœlū ſit: aut ignis
calidus ſit: niſi forſan diſciplinæ/nō cōtētiōis gratia: uer
terit in diſputationem?
¶ His igiť p̄miſſis ſi de Martini uerbis manifeſte ꝓdu
xero, ꝙ hæc oīa: ſi cū illo cōtēderem: ab eo ꝓrſus deſi
deraret. Nemo obſecro poſthac frugalioribus meis ſtu
diis negociū faciēs/uel uni⁹ ſyllabæ opam gr̄a diſputa

tionis aduersus illum a me requirat. En igitur amator ueritatis attendat.

PRIMA PARS.

ℭ Quod nullus ex disputatione fructus/aut opere pretium sperari possit.

PRimum igitur. q̃ rogo utilitas? qđ operę ꝑtiũ si uel arguerẽ/uel statuerẽ aduersus illũ qđ uis pene uerbum hoꝶ opeꝶ/ac tenebraꝶ suaꝶ? An rogo: qđ ad ipsum attinet: sperare merito ualeã/ut mentem mutet? ut consilia referat in melius? Atqui aliter de huius loci uiris: hoc est adeo præcipitatis hæreticis: Hieronym⁹ idicat, cũ ait. Supari ratiõe possũt: ꝑsuaderi ñ possũt. Nã & Paul⁹ eos penitus iã subuersos/i peius assidue proficere testatur. Ac ne aliunde petere testimonium necessarium esset: ipse idem uenenosus Serpens/clare in uerbis suis est contestatus. Ita enim principio hui⁹ Babylonici libri scribit. VERBA Mart. Deinde quia uideo ocium illis & chartas abundare: dabo operam ut negocium scribendi habeant copiosum. ꝑcurram enim/ut dum gloriosissimi uictores de una aliqua mea hæresi (ut eis uidetur) triumphant: ego iteꝶ nouam moliar.

ℭ Quid uidetur? Sunt ne ista parati cordis ad pœnitẽtiam? ac nõ potius hæretici hõis ĩgeniũ ñ aliter exprimẽtia/q̃ diuus Ambrosius exprimat? Hæresis. n. (ait Ambrosius) uelut Hydra q̃dam fabulaꝶ/suis uulneribus creuit: & dum sæpe reciditur/pullulauit: igni debita | Ambr. li. 1. de fide. c. 4.

incendioq; peritura. Sed ut tam in cauda q̃ in capite uenenum effluerет:ita in eiusdem libri calce: addidit.

VERBA Martini. Auditum enim audio paratas esse in me denuo Bullas & diras papisticas. Quibus ad reuocationem urgear: aut hæreticus declarer. Quæ si uera sunt:uolo hunc libellum partem esse declaratiōis meæ futurę: ne suam tyrannidem frustra inflatam querantur. Reliquam partem propediem æditurus sum:talem Deo propitio:qualem hactenus nō uiderit neq; audierit Romana Sedes. Obedientiam meam abunde testaturus.

Signa uerba modestiæ.

¶ Audimus ne tandem hæretici contumacissimā atq; peruersissimam pertinaciam? Agnoscimus animum ad nephandiora paratum (ut ipsemet inquit) non uisa hactenus non audita Romanæ Sedi? Equidem cogito quæ esse eiusmodi possunt: & non inuenio: nisi publice atq; explicite Christum neget. Quid enim huic superbissimæ blasphemiæ proximius est: quod hactenus nō euomuerit? Cupiebam olim (fateor) id quod & sperabam ut plura adderet (quo se magis ac magis proderet) manifestioris impietatis atq; insaniæ dogmata. Verum nunc iam abūde meum optatum: etiam supra spē: expleuit: ut hoc amplius desiderem prorsus nihil: ut potius illum uehementer obsecratum uelim. Parcat/parcat reliquum hoc tantum pestis (quod ait) effundere. Satis nouimus posse illum pręstare omnia: quāuis pessima & crudelissima. Nouimus grandi Dei miraculo esse opus iam: ut adeo subuersus ad rectum redeat. Ego enim ut Apostoli Io. uerbis utar. Iam non dico ut pro

illo roget quisquam. Peccatum enim eius ad mortem est: neq; dignum in se quicquam habet: quo obsecrari aut sperari uenia possit. Omnia tamen possibilia sunt apud Deum.

¶Quod uero ad alios spectat: Quis quæso dubitet: eos/qui hactenus tot impietatibus nihil permoti sunt: ut a tanta perfidia retraherent pedem: nulla ui rationis aut ueritatis conuelli posse? cum eo processerit hic serpens pestilentia doctrinæ: ut nemo ab eo penitus decipi ualeat nisi qui cupiat? Quis enim tam plane amens atq; uecors facile credat uniuersum christianum orbē: cum tot sanctis uiris omni doctrinæ luce fulgentibus: ac spiritu Dei plenis: ab ipsis Apostolicis ecclesiæ fundamentis ad hæc usq; tempora desipuisse? Et unum nuper Martinum uidisse quod est scdm scientiam Dei rectum atq; sanctum? Si quis enim talis reperiatur adeo stupidus: ut inopinabile tantum capiat: aut ita in profundum malorum collapsus/ ut capere uelit: nihil amplius profecto ꝑmouebitur uerbo meo: q̄ ut irritatus proficiat in peius. Et re uera. Principio hic etiam apud nos (ut erant pronę uoluntates ad studia nouarum rerum) cum pauca de suis inuulgasset: neq; adhuc prorsus intellecta: neq; uulgo satis perspecta: nōnullos hominum: partim animi leuitate ad omnem doctrinę uentum uolubiles: partim sua falsa scientię persuasione imbutos/ facile ad contentionem flexibiles. Plures uero/ per odium iam pridem in Dei sacerdotes ex falsa iustitia conceptum: sua sponte persuaderi facile paratos: nō nihil potuit commouere. At uero nunc iam/quando

Qui olim ꝑ Martino commoti. & quare.

eo præcipitatum facile omnes prospiciant: ut Domini nostri IESV Christi uerbum/testamentum/hæreditatem: cuius nobis opulentiam in sacramentis clementissimus dispẽsat: & omnia ueterum sanctissima instituta/ Dei cultum/cerimonias ab ipsis Apostolis deriuatas & commendatas: & ad hanc diem ab uniuerso orbe Christiano custoditas: ac deniq; uniuersam fidem penitus destruere & conculcare: tum quæ carnalia sunt erigere atq; statuere: stultamq; plebem ac iuuentutẽ dissolutam/omni timore omni lege soluere: & effœminatorum desideriis studiose obsequi. Idq; iam omnis populus per mõstrosas eiusdem insanias capere facile potuerit. Nemo quisq̃(opinor)iam supest: nisi hostis publicus ueritatis: & iustitię inimicus: & osor crucis Christi: qui non tandem/ab inferno isto dęmone alienatus/stupidus blasphemiarũ numerum/atq; immanitatem manifeste agnoscat & perhorrescat: ut iam supuacuus mihi constituatur ulterior omnis conatus abunde persuasum persuadendi. Quod & latius in subiectis patebit.

SECVNDA PARS.

¶ Quod plerũq; nesciat Martinus uel quid oppugnandum/uel quid susceperit defendendum.

ET si plurimis id exemplis compertum ac manifestum reddere facile mihi foret. Vnum tamẽ pro idonea/ac reliqua coniectura ex eodẽ Babylonico libro præcæteris afferre libet. De sacramento enim altaris loquens: sic animose concludit.

VERBA Mart. Dedit mihi quondam cùm theolo-
giam ſcholaſticam haurirem occaſionem cogitãdi Car-
di. Cameracenſis lib. Sent. 4. acutiſſime diſputans mul-
to probabilius eſſe: & minus ſuperfluorum miraculorum
poni: ſi in altari uerus panis uerumq; uinum/ non ſola
accidentia eſſe aſtruerentur: niſi eccleſia determinaſſet
contrariũ. Poſtea uidens quæ eſſet eccleſia quę hoc de-
terminaſſet: Nempe Thomiſtica hoc eſt Ariſtotelica:
Audacior factus ſum: & qui inter ſacrum & ſaxum hæ-
rebam/ tandem ſtabiliui conſcientiam meam ſententia
priore. eſſe/ uidelicet uerum panem uerumq; uinum: in
quibus Chriſti uera caro uerusq; ſanguis nõ aliter nec
minus ſit: q̃ illi ſub accidentibus ſuis ponunt. Quod fe-
ci: quia Thomiſtarum opiniones: ſiue a Papa probentur/
ſiue a concilio: manere opiniões: et ſi Angelus de cœlo
aliud ſtatuerit. Nunquid non hactenus his uerbis expreſ-
ſum hæreticum contemplari quæſo licet? & manifeſto
mendacem? Stabiliui (inquit) conſcientiam meam ſen
tentia priore: quid aliud hæretici ſolent niſi facile ſtabi-
lire conſcientiam: contra communem aliorum ſenſum
atq; intellectum?

In Thomæ in iuriã uult eſ-ſe hæreticus Martinus.

Non aliter.

Nota.

Nota uerba.

¶ Deinde Thomiſticã (inquit) eccleſiam determinaſ-
ſe: panem corpori Chriſti & uinum ſanguini cedere: ut
peracto ſacramento nuda ac ſola maneant accidentia.
Quis non miretur: ſiue induſtria mendax ſit: impuden
tiam adeo inſignem? ſiue imprudenter ac temere ſic lo-
quatur: adeo incõſideratam pcipitationẽ? An fortaſſis
ſub eccleſia Thomiſtica Aug. Ambroſius Greg. & Hie
ronymus & cæteri oẽs ueteres Scti Doct. quorum iſta cõ

Ambr. in li. d sacramentis.

stãtissima fuit ꝑcul dubio sñia? Quid. n. ait Ambros9? Panis est in altari uisitatus ante uerba consecrationis: ubi accessit cõsecratio/de pane fit caro Christi. Augustinus etiam. Post benedictionem inquit/ idest post cõsecrationem / non manere panẽ / sed fieri corpus Christi. Et Gregorius idem in hom. pascali commendat. Et ne frustra in re nimis manifesta laboremus: antiquissimam ante Thomam ecclesiam / cum omnibus sanctis Patribus / hoc tenuisse atq; probasse: assuetis eorum lectiõi cognitum est/plus satis. Immortales tamen ago gratias stultitię suæ/qua probatur nobis/ꝙ sub ecclesia Thomistica tam sancti & ueteres Doct. lumina & columnæ ecclesiæ Christi comprehenduntur. Vt sic intelligamus non aliã Thomæ ecclesiam: idest quam Thomas diuino lumine illustrauit / q̃ cæterorum Patrum. ¶ Hæc aũt Thomę doctrinę egregia laus: ꝙ a sanctoꝝ Patrum sententiis authoritate pręsertim Pontificũ cõprobatis/noluit unq̃ recedere. Sed iam his/in quæ per occasionem sum digressus/omissis: atq; ad propositum rediens. Breuibus cõstare faciam: ꝙ Martinus hoc loco: neq; Cameracẽsis/neq; suã, neq; nr̃am opinionem/ adhuc itelligit aut potest intelligere. Attẽdat igit͛ q facile cõprobare uult. qđ profiteor. Firma iam ex ꝑdictis Martini uerbis ista sit cõclusio. Non aliter Christi corpus esse in pane / & sanguis in uino: q̃ nos ponam9 sub accidentibus. Cum ergo certissimum sit/ nos ita utrũq; sub accidẽtib9 poner͛/ ut nulla cũ ipsis fiat uel mixtura/ uel cõfusio, uel unio: apte asserim9. falsissimas & ꝓphanissimas eiusmõi positiões. Hęc (đmõstrado accidẽtia) sunt

ſunt corpus uel ſanguis Chriſti. & ecõtra. Similiter. corpus Chriſti eſt confuſum aut cõmixtum accidentibus.

¶ Firma quoq; ſtet hæc concluſio ex opinione Cameracẽſis / quam ſuſcipit animoſe defendendã Martinus. ꝙ hæc nullo modo uera eſſe põt. Panis eſt corpus Chriſti: aut uinum eſt ſanguis Chriſti. Ita enim ꝓculdubio ponit Cameracenſis. Verumtamen nunquam ſibi conſtans Martinus / ac ꝓ ſolita ſtoliditate nõ capiens quid dixerit / inuertat nũc ſubito nobis omnia: & aſſerat ueram hãc / quam modo falſam ex Cameracenſis & ſuã ꝓbauimus ſententia. uidelicet. Panis eſt caro Chriſti: & uinum eſt ſanguis Chriſti. Aſſerat inquã hoc nobis explicite in ſuis uerbis. VERBA Mart. Credo firmiter non modo corpus Chriſti eſſe in pane / ſed panẽ eſſe corpus Chriſti. Sic enim me ſeruabunt uerba ubi dicit. Accepit panem & gratias agens fregit & dixit. Accipite & mãducate. Hoc / ideſt hic panis quem acceperat & fregerat / eſt corpus meũ. Et Paulus. Nonne panis quẽ frangimus participatio corporis Chriſti eſt? nõ dicit in pane: ſed ipſe panis eſt participatio corporis Chriſti.

Firmiter. Nota.

Littera te occidit hic Martine.

¶ An non uerum dixi? natam nouam concluſionẽ nobis contra Cameracenſem / etiam acutiſſime diſputantem? & contra ſe ipſum conſequẽter: qui ſequi illum in hoc profitetur? Videlicet. ꝙ hæc eſt uera. Panis eſt corpus Chriſti. Et non intelligit miſer uerba Chriſti: quæ ẽt deprauat: & teſtimoniũ eius dicẽtis: ꝙ Spũs ſunt & uita. quia ſpiritualẽ panem ſignificant quod eſt corpus eius. Sed uolumus etiam confuſiora ex iſta Babylonica Theologia? Heus Philoſophi ac Theologi. Audite.

Attendite philosophi ac Theologi: & Ridete.

VERBA Mart. Cur aũt nõ possit Christus corpus suũ intra substantiam panis continere: sicut in accidentibus? Ecce ignis & ferrum duæ substantiæ sic miscent̃ in ferro ignito: ut quælibet pars sit ferrum & ignis: cur non multo magis corpus gloriosum Christi: sic in omni parte substantię panis esse possit?

¶ Est ergo noui huius Philosophi / atq; Theologi admirabilis sententia. Sicut ferro ignis miscetur & quælibet pars ferrum est & pariter ignis est: ut ipse ait. Haud aliter est s̃m nos/cõmixtio siue confusio corporis & sanguinis Domini cum accidẽtibus. Atq; ita est: iuxta suã doctrinam: de pane & corpore. Ac puto sicut ferrũ tale dicitur ignitum: ita Martinianus iste panis dici posset incorporatus siue incarnatus corpore aut carne Christi & uinum insanguinatũ: & ecõtra/corpus uel caro christi (ut sic huius magni Theologi gratia loquamur) impanata/uel sanguis inuinatus. Hem quo se tãdem arrogantissimæ bestiæ precipites dedunt. qui/ne quid ignorare coram multitudine imperita uideãtur: risui oĩbus eruditis misere atq; turpiter sese exponere nihil uerentur. Equidem huiusmodi locis/imperitiæ facile possim parcere: q̃ de re & q̃onibus subtilissimis agit̃: & quas sine philosophiæ fundamentis sane percipere nõ contingat. At uero tantæ arrogantię minime possim. Quis. n. ferat adeo temerariũ sic firmiter nõ solum asserere/ sed censere ac reprehendere/ & statuere super his: pro arbitrio & ut occurrit fato loqui: quoꝝ prima proculdubio elementa ignoret? Nam quęso audiamus quid de generatione ęterna: & quid de anima sentiat: immo uero q̃d

censeat & quanta facie audeat uere cõtra ecclesiam uni uersam crassari. VERBA Mart. Cœpit Arist. Simu lata philosophia in ecclesia crassari in istis trecentis no/ uiss. annis: in quibus & alia multa perperam sunt deter/ minata: quale est. Essentiam diuinã nec generari nec ge nerare. Animam esse formam substantialẽ corporis hu mani: & his similia quæ nullis prorsus asseruntur rõni bus aut causis. ¶ Quis obsecro ad hæc uerba nõ subsi steret stupidus/ nisi Martinũ plane nosset? Quis etiam ab angelo dei non cum stomacho illa reciperet: cũ tan/ tam superbiam & arrogantiam præseferant? Nã quan/ ta eiusmodi alio opere nostro collegimus: quod præci/ pue aduersus eius: quod Resolutionẽ de Papę potesta te inscripsit: ædidimus? Quanta. n. ibi frustra disseruit: contra Dei uerbum: & sacratissima Pont. Decreta: hoc deceptus/ ꝙ quid per Roma. Ecclesiam Sancti Patres intellexerint/ ignorauit? Et si a Cameracẽse acutissime hoc tractante potuerit erudiri. Sed latius hæc ibi. Nũc uero/ quia miles iste gloriosus: ac/ se teste/ semper de ad uersariis triumphator: super omnes/ ac nominatim su/ per. S. P. Magistrum impotenter sese extollit: quasi il/ lum causæ ueritate/ ac doctrinæ præstantia/ ac non po/ tius ueneno ac procacitate linguæ/ superauerit: non pi/ gebit unum aliquod de plurimis referre: si quo modo/ tam effrenatam in eius oculis uictoriæ ac triumphi in/ solentiam/ ualeam temperare. Scripserat Magister in il/ lũ. His uerbis. VERBA Mag. S. P. Tripliciter pœ/ nitentia dici consueuit. Primo est uirtus quædam: cu/ ius obiectum est peccatum: sub ratione emendabilis.

Nota Censo/ rem Martinũ supra Eccliã.

De triumpho Martini cõtra Mag. S. P. co/ rã sua turba.

Actus uero eius est dolor uoluntatis de peccato. Ipsa uero est habitus moralis eliciēs dictū actū/respectu p̄dicti obiecti. ¶Hæc eadē penitus ad litterā refert mox de eis triūphaturus in sua defēsione Martin⁹: post quę paucis īterpositis ēt lōge stultiorib⁹ īpitiis/sicut est a nobis eodem libro annotatū/hæc ad uerbum contra p̄dicta adiecit. VERBA Martini. Tertio pœnitentiam uirtutem dolorem uoluntatis definis/qua rogo authoritate? Tua? Quid hæc ad Martinū? ¶An non igit̄ uera & manifesta sum locutus/ꝙ expugnat hic homo ea q̄ n̄ capit? An q̄so ī p̄dictis uerbis Magistri illud quisquā r̄periat. q̄d pœnitētia sit dolor uolūtatis? q̄n cōtradicat̄ explicitissime. s. q̄d pœnitētia uirt⁹/ ē habitus: & q̄d dolor uolūtatis nō habitus: & ideo nō uirtus ipsa sed est actus euis? Quō igit̄ quæ sibi ante oculos ꝓposuerat nō uidit Martinus? Quo minus est excusatione dignus. O igitur hominem merito ridiculū/ cuius cum tam manifesta crassitudo ad primum aspectū facile pateat: tn̄ quasi uictor domū rediēs cū triūpho atq; amplissimis spoliis, merito istā captiuitatē babylonicā nobis p̄eūtē nūc obicit Immo eius p̄ludiū tā p̄claꝝ ad lōge speciosiorē triūphū ꝓuiū. Quæ igit̄ cū tā plane stulto & n̄ capiēte, uel q̄ nos loquimur, uel q̄ ipse sētiat/ disputatio cōsistet̄ ualeat? Nā et alibi aduersus eūdem. S. P. Mḡrū iuehit̄ q̄si dixerit ꝙ elemosina egēti negari pōt sine mortali, at n̄ siñ ueniali. cū cōtra ille dixerit & r̄cte: uꝫ q̄d īterdū licite ac ꝓrs⁹ sine ullo pctō ēt ueniali negat̄. Et iō audacter ꝓclamabo hic: Legite scioli, legite & itelligite/ & postmō dānate. Volo. n. ꝓ honore Magistri.

Putamus responsuꝝ ad hæc Martinū nisi forsan p mores Ro. Curiæ.

&pro

& pro istiusmodi hæresiarchæ cõfusione stent hic uerba utriusq;. Hæc erat Martini conclusio. xliiii. Docẽdi sunt christiani, q᷑ qui uidet egenum & neglecto eo dat ꝑ ueniis: non indulgentias Papæ, sed indignationem dei sibi uendicat. ¶ Contra hanc sic arguit magister. ¶ Docendi sunt etiã scriptores castigatius scribere, quia quod scribis non est uerum: ubi quis petẽti pauperi potest elemosynam sine peccato negare: quod crebrerrime accidit: neq; ubi negatur cum peccato quidem ueniali, sed sine mortali: quia pro ueniali solo non uendicat sibi homo indignationem Dei: cum gratiæ & charitati ueniale non repugnet: & consequenter nec amicitiæ quã ad deum habemus. Hæc magister. Iste uero magnificus triumphator sic cõtra eũ. VERBA Martini. Ad. xliiii. Nouus interpres scripturæ dicit pauperi posse negari elemosynã sine peccato mortali: licet non sine ueniali. Ideo cõclusionem meam falsam. ¶ An non igitur certi sumus? q᷑ in toto illo libro nihil uerius usq̃ locutus est Martinus? q̃ illud: quod in calce ingenue professus est: se scilicet scripsisse quicquid in buccam uenit? & cũ hoc etiam de M. S. P. triumphat. Insuper (& id uero q̃ lõge magis risu dignũ) q᷑ de iuribus & Canonibus adeo securus disputat: iudicat: decernit nouus iste Iuristatheologus: ut per canones, immo per illos maxime: per quos maxime probantur ac statuũtur: reprobari tñ atq; conuelli indulgentias mira fiducia cõtendat. Etenim talem nobis longe antea tam formidabi-

Quid hic dicet Mart. nũ mutire audebit?

lem Iuristatheologũ/sese pstitutũ cõminatus est. Nã qd magnificẽtius his uiribus? parũ quippe miraculi esset tãto uiro/si p ea testimonia indulgentias reprobaret/q extranea essent & nõ ad ppositũ/nisi insup p ea id maxime conaret/p q̃ maxime defendũt/atq; astruunt. In hac igr cõfidentia/& inuictis uiribus robustissimus disputator ausus est pfiteri tã cõstãter circa indulgentias/q habet Papã p se: hẽt uniuersam eccl'iam secũ sentiẽtẽ. Quis hic q̃so risum cõtineat? Saltẽ uero sil'ia diceret/saltẽ nõ pplexa & ppetuo secũ pugnantia/saltẽ hoc unũ aliqñ prudẽter egisset. s. ab igne canones tã pclaros seruasset/q ĩdulgẽtias reprobabãt. Erãtne q̃so digni tã ueraces canones ire ĩ cineres/tã robusta p Martino testimonia cõtra Papã? At iustũ est/ut cõsulã tãdẽ ego iacturę honoris ei⁹/ut saltem uiuat aliqua hoꝶ canonũ memoria reprobãtiũ indulgẽtias. Nẽpe ĩter alios pducit. c. abusióibus de pœni. & remis. Obsecro te hic potissimũ lector attende. Mitto. n. (sicut alioqn notaui) q̃ tupiter lapsus ẽ/ cõmutãdo: uel subdole nimis/uel in patenti inscitia: punctũ eius textus. Id solũ affero qd satis esse pt/ad cõfusionẽ hoĩs ĩmortalẽ. Enimuero Põtifex in quosdã pessimos q̃stores ibi sermonẽ dirigẽs: q sine ulla uenia/aut scia apl'icę sed. de ppria temeritate indulgẽtias cõcedebãt atq; mẽdaciter insup iactabãt aliquot aĩas/p eas extrahi de purgatorio. Impudẽtẽ eiusmodi audaciã (ut decebat) seueri⁹: ut ibi latius constat: detestatus est. Per hoc aũt/egregi⁹ hic Iurista Theo-

Legite canonistæ & admiramini Iurista/Theologum.

In lib. ad Leo.

Martin⁹ Iuristatheologus.

logus nr̄/ſtatī cõſecut⁹eſt: ꝙ ibi Papa ueras & legitĩas indulgẽtias/ q̃ a culmine ptãtis ſuæ ꝓficiſcerenť/ualere ad liberãdas de purgatorio aĩas neget. Cũ tñ ꝗ̃ his ibi loqť/q̃s motu ꝓprio q̃ſtores mẽdaces ſub noĩe põtificio ꝓferebãt. Et hęc ſunt eius fortiſſima argumẽta ꝑ q̃ de indulgentiis triũphauit. Quõ igiť cũ illo diſputare cõmode ualeã·q ſit(ni forſan fingat)adeo rudis/ut nõ intelligat/loq ibi Papã de fictis ĩdulgẽtiis: uel ſi id intelligat:tñ(q̃d eſt ridiculoſius)de fictis ad ueras ꝓducat cõſequentiã . O turbã o uere turbã/q̃ magr̃m auribus prurientem & narrantẽ fabulatiões tãto cũ detrimẽto audit. Atqui/inquiunt. Apuit hic nobis oculos/conſuluit crumenis nr̃is/ ꝓuidit ut nũmi noſtri non peregrinenť in alienas ſedes/& transferanť e noſtris finibus/ac de ſpoliis noſtris fiant alieni locupletiores. Hem/ certe his tandem uicit argumẽtis Martinus/ſi modo uicit/ Aurũ oſtẽdit: & apuit uobis oculos: rapaces/ſiue q̃ſtoꝝ/ſiue alioꝝ man⁹(ut clamatis)indicauit/& ita concluſit totũ cor ueſtrum in marſupiis ueſtris. Nimirũ aurũ hodie dei teſtimoniis/& uniuerſę facile p̃põderat eccl̃iæ. O bone o benedicte Deus. Hoc q̃ror/ ꝙ temporalia in contentionem deſcẽdũt/hic oẽs facile aperiunt oculos: ubi uero xp̃i potiſſimũ fides atq; lex periclitať/nemo uidet: ubi de opibus/ de gl̃ia/de ambitiõe / de contumacia agiť/ & euerſione legum/& ꝓiectione Iugi Chriſti/ aperti iam ſunt omnium oculi. O infœlix turba iam nunc per Martinum edocta malum & bonum. Quia

Argumẽta q̃/bus corã ſua turba Mart. ꝓſternit oĩa.

id quod uetitum erat/comedistis: quia non pepcistis
xpo Dñi: cum scriptum esset. Principi populi tui non
Exo.22. Qui põt capere capiat. maledices. Nõ hæc aũt inq̃: quo cõsulere uos nolim
aut phibeã regno urõ/aut opib⁹ uris/a rapacibus manibus: si quas forsitan (ut clamatis) uiolentas sentitis: Cuiq; suum tribui ius: & quæ egent emẽdatione: suo ordine ad rectum redire/minime damno. Verum hoc bona pace/& ut subiectos decet: humiliter impetrandum. non per iniuriam extorquẽdum est uobis. Nam aperire oculos tantum ad crumenas uestras: & ne deum respiciatis/ claudere. Aperire solum/ut christianæ legis uincula dirumpatis/& proiiciatis a uobis iugum Christi/ferarumq; more sine ulla lege saltem naturæ degatis: & ad pœnas æternas / & ad æterna gaudia omnino claudere: pestiferum est uobis: miserum nimis: & lachrymabile. Protestor quicunq; huc uos impellit ille nimirũ sui imprimis seductor/uos seducit: uos pdit: uos mactat: & pro temporali & mox caduco: æterno uos regno priuat. Ridetis? Quippe scio ridere hæc nonnullos: qui iam prolapsi in abyssum malorum /cõtemnunt. Et sicut scriptura loquit
Prouer.29: sponte serui facti peccati: erudiri uerbo non possunt. In hos ergo iterum loquor: atq; iterum expostulo.
Luc.6. Esa.30. Ridetis? & propterea flebitis: ait i Euãgelio ueritas. Fugietis ad equos? Et iõ fugietis: ait Domin⁹ p Esayam. Qui potest/disciplinam apprehendat: ne ampli⁹ irascatur Dñs & pereatis de uia iusta: Sed nimio latius digressus sum: ut tandem agnosceret Martinus &

qui eum sequit̃: non ita nos (ut putat) moriones eẽ: ut non plane intelligamus. Idcirco illũ de indulgentiis in sua turba triumphasse: q̃a germanoꝝ oculos a ueritate dei & sapiæ/ad crumenas detorsit: aut ad id forsitan deflexit q̃d p abusum delinquit̃/non ad id q̃d legitime est statutũ ꝓbatũ seruatũq; diu ĩ ecclesia Dei. His argumẽtis/his telis aduersarios in oculis babylonicæ turbæ suę ꝓstrauit, his adminiculis ꝑsuasit: aurea scilicet rhetorica. Eteñ nimis magna est auri facũdia/& uehemẽs orõ & ratio uiuax/etiã cõtra ecclesiã & contra fidẽ. Quid.n. Paulus ait? Radix oĩum maloꝝ est cupiditas: quã q̃dã appetentes errauerũt a fide. Intrate ergo iam in cõscias uestri cordis/& sentite tandem atq; agnoscite/ꝙ uera loquor. Et ꝙ Papista/hoc est adulator/non sum. Sed in spũ ueritatis & simplicitatis affero uobis q̃ sunt ad pacem & ueritatem. Expergiscimini ergo aliq̃ñ quicunq; hũc sectamini magistrum tam stolidum/qui si possetis/uel hoc unicum q̃d exposui erratũ/agnoscere, pigeret ꝑfecto atq; puderet adeo ridiculi præceptoris. Sed aliud non omittam quod ex Babylonica eius captiuitate succurrit. Sic.n. ait. VERBA Marti. uerba aũt xp̃i quib⁹ hoc sacramentũ instituit sunt hæc. Cœnantibus autem eis/accepit Iesus panẽ & benedixit/& fregit/deditq; discipulis suis/& ait. Accipite & mãducate/& reliqua quę Mattheus commemorat. ℂ Quis autem inconsideratissimi hominis stupiditatem hic adeo manifestam non rideat? Etenim confusor omnium ait uerba q̃ sunt euã

Aurea Martini rethorica.
1. Thi. 6.

gelisté referentis factum domini/sunt uerba xp̄i q̃bus il
le sacramentū instituit: ita ut quando instituit xp̄s hoc
sacramentum dixerit omnia hæc/ cœnantibus discipu-
lis &c. Quid puerilius aut effusius dici pōt? An ego cū
uiro adeo p̄cipite & quicquid in buccā uenit loquente
(ut & ipse fatet̃) ulla post hac disputatione cōmittam?
Absit. Nam putamus sola hæc extremæ eius impitiæ &
stoliditatis nobis forsan argumēta reliq̃sse? Quinimo
(nouit deus) ꝙ cū ex fastidio: tū uero q̄ alio libro id la
tiꝰ p̄stitisse mihi uideor/longe his & illis plura/ac pene
sine numero cōsulto ac de industria omitto.

¶ Tertia pars. Quod nihil est extranei aut aduersi ad
disputationem q̃d ille non introducat atq̧ admisceat.
Et prio de zizaniis ac discordiis q̃s apte serit ac mouet.

Equit̃ ergo tertiū q̃d nobis p̄bandū sumpse
ramus/cuiꝰ duæ sunt ptes. Prima ꝙ nullū ser
uans legitimæ disputationis modū extranea
semp & penitus xp̄ianæ disceptatiōi cōtraria p̄miscet.
¶ Primo ergo: ut alio libro in suis dolis detexim̃us: nō
aliud magis inimicus hic hō molit̃/q̃ ut zizania/lites/
discordias inter Principes & natiōes suscitet/ & plebiū
secessiōes commoueat/atq̧ foueat. Hūc.n. nobis recte
Prouer.16. scriptura rep̄sentat dicens. Hō peruersus suscitat lites &
uerbosus separat Principes. Huc tendit stulta illa & hor
ribilis piis auribus blasphemia passim p̄ oēs eius libros
inculcata. Pontificē summū non esse xp̄i uicariū aut pri

mũ omniũ/diuino iure. Huc alia isti ꝓxima. ꝙ humano iure talis est: scilicet a Constãtino quarto/saltẽ primo dixisset/ut a magr̃o suo Ioh. Vss. non dissentiret/q a prio hoc factum asseruit p. c. illud: qđ Martinus a ualla edoctus/paleam sine grano uocat. Aut deniq; dixisset uigore Niceni concilii factum esse/sicut alii hæretici sunt fabulati. Sed hic mos hæreticorum contra christum dum consentiunt/secum tamen concordare non possunt/ut ita in se ipso diuisum eorum regnum corruere ac desolari testimonio ueritatis/necesse sit. Huc respicit ille absonus eius clamor. Magnum & impium mendacium de Constantini donatione &c. Saltem mendacium dixisset. Addidit (ut solet) exaggerans/magnum & impium. scilicet quo cœlum ruit: & sol abstulit mundo splendorem suum. quasi dicat/cur ergo nõ uidicas summe Imperator possessores iniustos/& tam impie te spoliãtes? Nempe omnes qui sub papa sunt: sub te sunt. Et ipse nimirum papa sub te est: sub gladio / sub potestate tua. Occide perde/deuora/ gladio tuo Antichristum/ & Antichristianos/ & omnes q impie illi fauẽt contra tuã maiestatẽ. Hec. n. uerba Martini sunt. VERBA Martini. Ergo omnes oues xp̃i. i. omnes subditi Papæ/ siue laici/siue clerici: ac per hoc & ipse dux & pastor & arietes gregis/subditi sunt imperatori & ducibus.

Mos hæreticorum.

Lu. z.

Verba adulatiõis & discordiæ.

¶ Vide ut pulchre consarcinat/ oues omnes/arietes gregis/& ipsum adeo ducem & pastorem. At ostende numisma pestifer adulator. Nempe nemo negat quæ sunt Cæsaris Cæsari. Sed numisma petimus / ut

ostendat. Sed tu negas impie quæ sunt Dei Deo. Ego enim ostendo tibi Numisma Dei. Omnia (inquit Propheta) Subiecisti sub pedibus ei⁹: oues & boues uniuersas: insup & pecora campi. Cuius eius? Nempe christi: ut ait Paulus. Si christi. Ad quem igit̃ spectabũt? Magis ad eum qui non sit Vicarius: an uero ad eũ qui christi uicem teneat in terris? I nunc & adulterato numisma hoc: sicut alia facis: ut tanto magis læsæ diuinæ maiestatis crimine tenearis. Sed tu inq̃ nihil aliud moliris q̃ lites impiissime adulator. Huc tendunt serpẽtinę uoces aduersus Italiam & curiam Romanã. Huc famosi illi atq; horribiles libelli: quos in officina diabolica cõtinue: Sathana suggerente: satores odii & irarum & furoris excuditis. Huc infœlix illa & nimis nota hypocrisis: qua ex eodem fœtenti ore benedictio simul ꝓcedit & maledictio. Quid aũt hic possim disputare cum his qui & bella uolunt: & corda mortaliũ ad indignationẽ incendunt? Hanc ego potius disputationẽ omnipotenti Deo relinquã: qui eos dissipat qui bella uolũt: qui uiros sanguinũ & dolosos abominatur. Ridetis? Quippe scio ꝙ ridetis. Iteꝝ ergo dico uobis: & ideo flebitis.

Paulus. 2. ad Heb. 2.

Iac. iii.

ps. 76.
ps. 5.

Author ad Pont. Leonẽ.

TIbi uero sũme Pont. Leo dico: ferẽdas tibi esse patiẽter iniurias & cõtumelias tuas: ut xp̃s te quoq; ferat patienter. Christi uero tanta opprobria ea seueritate eaq; prudentia animaduertenda quam iniqua temporum conditio perferre potest. Ante omnia tu te respice quoniam homo es & peccator. Si enim dixerim⁹ quia peccatũ non habemus nos ipsos seducimus. Mul

Io. i.

ta uero dum manemus in carne/clementissimus Deus permittit impiorum scandala: ut qui boni sunt appa-
reant: & per patientiam boni operis meliores fiant: & maiora lucrentur i regno suo. qui uero mali saltem his flagris/ad bonum erudiantur aut purgentur: ita quasi per ignem/aut deniq; tanq̄ Arrā inferni & partem pœ-
narum pro delictis recipere: in hac etiam uita: incipiāt. Mirabilis est Deus in consiliis suis: & nullus coram eo magnus. Si ipsum respexeris christum uerum atq; uni-
cum communem Dominum ac Pastorem. Tu etiā oui cula eius es/ei subdita/& prouidētiæ & uirgæ suæ: neq; eiusmodi ignara malo℞: sed humanis casibus atq; erum nis haud aliter subiecta/ac unus quilibet nostrū: quāq̄ eo tu periculosius (ni fortiter resistis) quanto in gradū celsiorem permotus es. At si te ad nos conuerteris. Ti-
bi quicūq; uere christum nouimus/genuflectimus. Et in te Christum dominum. cuius tu uerus es Vicarius adoramus: & non modo uoce sed etiam ad quæcunq; extrema per Dei omnipotentis gratiam/parati/totis cō fitemur præcordiis. Ita igitur te ipsum erga nos intue-
ri decet q̄ sis magnus: ut non dimittas te eundem respi cere coram deo/q̄ sis pusillus. Id uolui in summa dice-
re. Obliuiscere (quas in te sentis) cōtumeliarum per-
uersorum hominum: & libenter pro tuis & aliorū pec-
catis suscipe. Et in charitatis Dei incomparabili fortitu dine substine. Sed christi tot opprobria iustis oculis re spice: & uirili corde considera: incēdere magis atq; ma-
gis zelo ueri ac boni pastoris: qui animam suam ponit

ꝑ ouibus suis. Sed ue miseræ mihi ouiculæ q̃ cum tota morbida ac plāe stolida sim: meũ tñ dirigeꝛ pastorē atq; erudire uerita non sum. Obsecro igiť ne indigneť Clemētissimus meus Dñs sup stultitiā serui sui: in xp̄o dño cõi pastore nostro. cui laus & honor in secula.

Author ad Cæsarem.

AD alios ergo nũc atq; ad te imprimis summe Imperator magno & christiano animo me uerto: & in christi solo uerbo & ueritate fidēs: etiam tibi aliqua suggerere audebo. Audio te tanq̃ ueram ac deuotam christi ouem: ue℞ pastorem quem tibi Dominus Deus suo uerbo præposuit: & cui te imprimis cum aliis dulcissima charitate commendauit: pio suscipere affectu: atq; humili cultu suspicere ac uenerari. quo uere gaudium uniuersis fidelibus non exiguũ attulisti. Sed hoc tantum restat: hoc in dies expectamus & desideramus magis/quicunq; christum uiuere & regnare cupimus. Non solum id tu facias: uerum etiam ut magno animo contraria molientibus resistas. A domino enim gladiũ habes: & imprimis in hoc ipsum habes: ut obprobriũ domini uindices: q eius minister es/ut ait Paulus. Caue tu quoq; a uulpibus/a lupis & serpentibus. Vulpes enim ignes caudæ alligatos ferunt/& infœliciter oberrantes omnem agrum bonum succēdunt. Bonas leges non solum de chartis ac libris/deuorantibus flāmis absorbent: ue℞ (quod est lachrymabilius) de hoīum cordibus dei digito impressas delēt. Quid ergo? an tute & tua satis tuta existimas? Si. n. legibus diuinis nō parcit: q̄a stant cōtra illũ; & eius pestiferæ obsistũt disciplinę.

Iud. xv.

An tuis parcat: ꝑ quas ẽt in multis/hæreses eius perfacile cõdemnanť? Nã audiamus obsecro in tuis Iuribus Iustinianum Principem christianissimũ quanta pietate iustitia ac religione summum Pontificẽ affať. Hæc eius uerba ad Ioannem Papam. ¶ Reddentes honorẽ Apostolicæ sedi & uestræ sanctitati. Quod semper in uoto nobis fuit & est: ut decet patrem/honorantes uestram Beatitudinẽ: omnia quę ad ecclesiarũ statum pertinent festinamus ad notitiã deferre uestræ sanctitatis. Quoniã semper nobis magnũ fuit studiũ unitatem uestræ Apostolicæ Sedis: & statum sanctarum Dei ecclesiarũ custodire: qui hactenus obtinet & incõmote permanet nulla intercedente cõtrarietate. Ideoq; oẽs sacerdotes uniuersi oriẽtalis tractus subiicere: & unire Sedi uřæ sanctitatis ꝓpauimus. Et in pñti ergo q̃a hęc cõmota sunt: q̃uis manifesta & ĩdubitata sint: & ẽm Apl̃icæ uřæ sedis doctrinã ab oĩbus semp sacerdotib⁹ firme custodita & prædicata: necessariũ duxim⁹: ut ad notitiã uřæ scitatis ꝑueniant. Nec.n. patimur q̃cq̃ q̃d ad ecclesiaꝝ statũ ꝑtinet q̃uis manifestũ & ĩdubitatũ sit q̃d moueť: ut nõ ẽt uřę scitati innotescat: q̃ caput est oĩum scãrũ ecclesiarũ. ¶ Et post hæc expositis q̃ ad fidei ueritatem cõfirmari postulabat: ita tandem cõcludit. ¶ Petim⁹ ergo uestrũ paternũ affectũ ut uřas ad nos destinetis lr̃as: & ad sanctiss. Epm huius almæ Vrbis & Pr̃iarchã uřm fratrẽ: qm̃ & ipse scripsit ad uřam scitatẽ/festinans in oĩbus seq̃ sedẽ Apl̃icã btitudinis uřę. Manifestũ nobis faciatis. ꝙ oẽs q ꝑdicta recte cõfitenť suscipit uřa scitas. Et eorũ q Iudaice ausi sunt rectã denegare

Verba Iustiniani Imperatoris.

Caput. Nota Martine & combure has etiam leges.

Nota & maledic epo illi cõstãtinopolitano.

fidem condemnat perfidiam. Plus enim ita & circa uos omnium amor & ueſtræ ſedis creſcet authoritas & quæ ad uos eſt unitas ſanctarū eccleſiarum inturbata ſeruabitᷣ. qñ per uos didicerit omnes beatiſſimi Epiſcopi cūcta quæ ad uos relata ſunt ſecundum ſinceram ueſtræ ſctitatis doctrinā eſſe. ℂHæc autem Beatiſſimi Papæ ad Iuſtinianum uerba leguntur. ℂInter claras ſapiētię & manſuetudinis ueſtræ laudes Chriſtianiſſime principum/puriore luce tanquam aliquod ſidus irradiat/ ꝗ amore fidei/ꝗ charitatis ſtudio edocti/ in eccleſiaſticis diſciplinis Romanæ ſedis reuerentiā conſeruatis: & ei cuncta ſubiicitis/& ad eius deducitis unitatem/ ad cuiꝰ auctorem hoc eſt apoſtolorum primum/ domino loquente præceptum eſt, Paſce oues meas. Quā eſſe omnium uere eccleſiarum caput: & patrum regulæ/& principum ſtatuta declarant/& pietatis ueſtræ Reuereñ. teſtantur affatus. ℂEt poſt nonnulla damnans hæreticos cum ſuis Pontificibus doctrinæ impiæ auctoribꝰ/ ita teſtatur. ℂIn quibus obſeruantes ea quæ ab ipſorum ſunt ſtatuta Pontifice/ eos minime in noſtra communione recepimus & ab omni eccleſia catholica iuſſimus eſſe alienos/niſi errore damnato doctrinam noſtram quam tenemus: ſequi habita regulari profeſſione ſignauerint. Aequum quippe eſt ut qui noſtris minime obedientiā accommodant ſtatutis / ab eccleſiis habeantur extorres. ℂHæc igitur (ut ſatis patet) ſicut & alia multa in tuis legibus / tot prudentum uigiliis/ac ſapientia bene digeſta cum contra Martini

Nota. ꝑ uos. inquit.

Nota uerba papæ. cōbure combure.

Ab oī eccleſia catholica. nota uerba; & cōbure.

nouam hæresim maxime pugnent: non ne pari iusti-
tia digna sunt apud ipsum ultore igne? An igitur ar-
bitramur stolidi: si non tuam: quæ in oculis suis pro-
xima ei est: potestatem timeret: & præsentiam formi
daret: his etiam parceret monumẽtis? qui & maiora
(ut iactat) machinatur/atq; uniuersam pene ecclesię
faciem & librorum ecclesiasticorum monumenta e medio
tollere: ne scilicet contumaciæ & iniquitati suæ resi-
stant: molitur? Audi sapiẽtissime Imperator arrogã
tissimi Sathanæ uerba. VERBA Martini. Rem
arduam & quam forte sit impossibile conuelli/aggre
dior: ut quę tanto seculorum usu firmatã omniũq; con
sensu probata sic insederit: ut necesse sit maiorẽ par-
tem librorum qui hodie regnant/ & pene uniuersam ec
clesiarum faciẽ tolli & mutari: penitusq; aliud genus
cerimoniarũ induci: seu potius reduci. ¶ Quid iam
uidetur? An non Sathanas est de quo scriptũ est per
Zachariam? An non Boream furentẽ agnoscimus:
qui uniuersam ecclesiæ faciẽ tollere ac mutare adeo
secure minatur? Quod quidem quantum in eo fuit bo
na ex parte fecit. nã quæ christiana sentẽtia? quæ san
ctorum patrum pręclara doctrina? quod deniq; dogma
fidei: quod in decretis quæ igni tradidit non contine
retur? Quid est pene ab Augustino a Hier. Grego-
rio: Ambrosio. Chrysost. Hilario: Basilio: Naziãze-
no & aliis intemerandi nõis patribus latinis græcis:
ad mores christianos formandos pręd icatũ aut enar
ratum: quod in decreti uolumen non esset cõgestũ?

Nota magnanimũ Martinum lector.

zach.iii.

successiones tã diuturnas illibatissime custoditũ noli te pmittere extingui. & dei grãm/spũm/testĩm/& hæreditatẽ xpi in sanguine innocentissimo p sacrã cõpa tã ac donatã: flatu isto tã ĩpio ac uenenoso ut dispeãt & ita crudeliter uobis eripiant: oro obsecro p xpm dñm: si qd usq̃ iustitiæ: si q̃ reliqæ charitatis & sanctę fidei: nolite pati. Estote solliciti (ut ait Paulus) serua re unitatẽ spũs in uinculo pacis. Pacẽ ergo & ueritatẽ diligite ait dñs oĩpotẽs: ut ueritas libet uos: & deus pacis ac dilectionis sit semp uobiscũ: &, scificet uos p oia: & cõterat Sathanam sub pedibus uestris. Et det uobis pacẽ deniq; sempiternam. Amen.

Eph.iiii. zach.viii. o.viii.

VObis postrẽo dico turbis nationũ: q̃ tã bñ uocẽ uobis pnitiosam sonare didicistis (sic.n.passim p huius & seqciũ sermonũ sibilos cohortari atq; excitari uos/nimio infœlicius agnouimus). Dirũpamus uincula eorũ & pĩciamus a nobis iugũ ipsorũ. Attendite principiũ: pspicite finẽ. Quare (inqt ppheta) Fremuerũt gẽtes & ppli meditati sũt inania? Astiterũt (inqt) & cõuenerũt ĩ unũ aduersus dñm/& aduersus xpm eius. Ita qppe & uos assistitis & cõuenitis aduersus dñm/& aduersus xpm eius. At q̃re hæc/q̃ sunt inania? Quis.n. ualeat aduersus dñm & aduersus xpm eius? Nunq̃d est sapientia. Nunquid cõsilium. Nunquid potentia cõtra dominũ? Cur ergo molimini & tentatis inania? nẽpe id quod sequit (etiã uobis testibus) in cã est. Dirũpamus uincula eorũ & proiiciamus a nobis iugũ ipsorũ. Sed tragœdiã miseri non cõsideratis: & qd iuxta sequitur non sentitis. Luctuosæ

Author ad multitudiem populorum a

huius tragœdię finem. Qui habitat in cœlis irridebit eos & domin⁹ ſubſannabit eos. Duo igiť uobis offeruntur: aliud a Martino: aliud a Propheta: ſi Martinum auditis: Martinus docet ut clametis. Dirumpamus uincula eorũ & proiiciamus a nobis iugum ipſorum. Si prophetam attenditis: Propheta Reſpõdet & clamat. Qui habitat in cœlis irridebit uos: & Dñs ſubſannabit uos. Sed utinam quos uobis oculos ad crumenam aperuit Martinus. Aperiat ad ueritatem & pulchritudinem unitatis & pacis/ De⁹ deorum glorioſiſſimus & benedictus in ſecula. amen. Latius aũt q̃ uolebam euagatus concludo tandem. Cum ſitito re humani generis ſatore diſcordiarũ nõ eſſe bonum in ullã diſceptationem deſcendere.

Qui habet aures audiẽdi audiat.

¶ De maledica eius lingua: & quomodo aſtu inſanam doctrinã p prauos mores ſacerdotũ excuſat: in quo maxime turbam ſeducit.

SEcundo quo minus q̃eta cũ eo cõſiſtere poſſit diſputatio illud eſt/ q, in oibus ſcriptis ſuis his preſertim quæ nuper effudit. Omnia argumẽta/ omnes doctrinas ſanctorum/ omnes deniq; rationes quibus late ſuperať: p mores Ro. Curiæ & per auaritiam aut pompam/ & deniq; uitam ſacerdotum malam diluit atq; contemnit: quaſi liceat quenq̃ hæreticum eſſe aut ſchiſmaticũ ꝑpter uitam malam aut etiam peſſimam ſacerdotum/ aut quaſi non poſſit eſſe

ſit eſſe quiſquam hæreticus:cum mali/aut peſſimi etiā
ſint ſacerdotes. O cęci & tardi corde/qui tandem non Nota.q amas
uidemus/ꝙ id potius hæreſum pulchra occaſio & cauſę ueritatē &tan
proxima eſt:quia ſcilicet. nos ſacerdotes mali ſumus/ dem noli ma-
ſacerdotum principes & paſtores dormierunt/& reliq- lignari.
runt gregem aberrātem in cunctis montibus. Quid er-
go mirum ſi lupus uenit & rapit & mactat? Stat ergo:
Stat inq̄.(Audi & cape tandem qui capere potes)Mar
tinum hæreticum /Martinum ſchiſmaticum/ Martinū
ſerpentem Regulum/Diaboli filium & Diabolo meri-
to traditum:& cum hoc/ſacerdotes malos/&ſi mauis ad
dam(quia in aurium pruritu hoc amplius ſcio libenter
audis)etiā dico peſſimos. Itaqꝫ quid ad me ut alienoꝝ
moꝝ ſuſcipiā defenſionē aut excuſationē?qui nec mi-
hi ſtant neqꝫ cadunt? Et qui ſciam. unumquēqꝫ uitę ſuę
rationem pro ſe redditurum:ac religioſius lōge eſſe. ꝓ
pria potius agnoſcere & attēdere & deplorare peccata/
q̄ iudicare aliena? Quid autem hæc ad diſceptationem
chriſtianæ ueritatis? Calumnioſa hæc & doloſa & mali Hiero.
gna:ſed etiam uetus(ut ait Hieronymus)hęreticorum
defenſio:& deſtitutorum omni ueritate: ſub prætextu
malorum morum quos falſa iuſtitia perſequunt᷑/ peſſi-
mam ac peſtiferam abſcondere doctrinam. Stat enim ſi
dei ueritas & cathedra Chriſti ſine uita:uita autem ſine Ad Hebr.z.
fidei ueritate ſtare non poteſt. Impoſſibile enim eſt ait
Paulus. ſine fide placere deo. At poſſibile eſt ſcribas &
phariſęos ſuper Moyſi cathedram ſedere/ait dominus
omnipotens. Quid ergo amplius poſſim ego facere/ſi Matth.z;.
turba hoc non credit? quia turba eſt: & turbata in ſe

ipsa turbare etiam uult? Et ideo hic inutilis oís mihi ui deť disputatio. Dño Deo iudicium & uindictā (ut par est) concedo ac relinquo.

¶ Quod mendacissimus perpetuo est in citandis authorum sententiis & omnis deniq; doctrina eius & mendax & mendaciis referta.

T Ertio illud etiam ab ingenua disputatione maxime est alienum quod ei⁹ peculiare est: ut uotum uouisse existimem / nunquam aliquid ex sententiis authorum cum fide producere. Et scit Deus benedictus, ꝙ solum de mēdaciis suis considerem non exiguum uolumen componere. Nunc solum maxime breuitati studens: presertim ꝙ alias pene innumera adnotauimus: pauca referam, ut intelligam / si aliquando pudere ualeat: ꝙ uix in quatuor lineis octo cōgesserit mendacia. En eius uerba, VERBA Martini: Ecclesiast. histo. lib. y. Victor primus Roma. Pont. Asiæ episcopos uoluit excommunicare: redargutus est non a Paulo sed ab Hyreneo Lugd. & coercitus etiam a cæteris omnibus / monitus & iussus pacem habere / & ecclesiam non perturbare: quibus sicut decuit cessit. Item ibidem. Anicetus quoq; cessit polycarpo nec cogere eum potuit in sua decreta. ¶ Primū igitur hic mendacium ꝙ uictor uoluit excommunicare Asiæ episcopos, quasi uero hoc non fecerit. Secundum ꝙ redargutus est ab Hyreneo ne id ageret, Cum tamē

Octo Martini mendacia uix totidē uerbis.

ſolum conqueratur ꝙ egerit: late profitens/ꝙ potuerit & iuriſdictione quam habebat / nimis tamen duriter uſus fuerit. Ex eo ꝙ tot epiſcopos ab eccleſia præciſos fatetur. neq; enim præciſi eſſent ſi iuriſdictio non fuiſſet/ ut nemo neſcit. Tertium ꝙ uictorem coercuit atque ei iuſſit ſimul cum aliis epiſcopis. ſcilicet quia ipſe erat Roma. Ponti. & per hoc illis inferior: aut in eos non habebat iuriſdictiōem ullam: aut quia forte iniquam cauſam fouebat/ ex eo ꝙ prohibebat celebrari Paſcha iudæorum more. Ita quippe Martino uidetur: ita clamat. uociferans nullam unquam ſuſcepiſſe controuerſiam Roma. Pont. aduerſus ullos quin deficeret ueritate. Et inde quartum & quintum ſimul inculcat mendacium/ uidelicet ꝙ uictor ceſſit/ & ꝙ decuit eum cedere. Eia ſtrenuum non ſolum hæreticorum & hæreſum defenſorem: uerum etiam ſuperſtitionum iudaicarum / contra quas ibi uictor intendebat/ & contra quas/ etiam nicenum concilium/ quod uel Martinus omnium ſacratiſſimum olim appellat/ aperte ſtatuit. Sextum quia totum hiſtoriæ tenorem commutat atque peruertit/ dum præſumit controuerſiam inter Victorem & Epiſcopos Aſiæ fuiſſe de primatu aut iuriſdictione Roma. Pont. Cum tamen eſſet ſuper obſeruantia Paſchę. immo ſponte iuriſdictionem Victoris Papæ agnoſcerent: quando illam idcirco declinarent/ quia contra Dei præceptũ ēē cauſabant̃: afferētes ob iſtam grām/ ꝙ magis obediēdũ erat deo q̄ hoīb⁹. Septimũ ꝙ Anicet⁹ papa ceſſit Policarpo/ cum ibi contradicatur in familiari diſputatiōe quēlibet in ſua ſententia manſiſſe. Octauũ ꝙ non potuit co

Mar. iudaicæ ſupſtitōis manifeſt⁹ defenſor.

gere eum in sua decreta. quasi uero ullum decretum su-per eo constituerit/aut alia eius decreta contempserit; aut nō agnouerit Policarpus. Si igitur me ita in dispu-tatione mendaciis obruerit/presertim tam absonis. an ego operam hanc perpetuam mihi nequicq̄ arrogē sem per redarguendi illa & cōfutandi? Cum enim factus sit assidue in eis proferendis promptior: sicut etiam prom ptior ad loquēdum quicquid uenit in buccam: & para-tiores fortassis fecerit stupidorum aures ad audiēdum: quo facilius omnia sit persuasurus: an ego solus possim resistere? Si enim octo tam patētia uix quattuor lineis comprehendit: nondum ad illa tantopere assuetus: q̄d faciet modo/assiduo in eis instructus exercitio? Nā pu tamus sola hæc in eo libello; quem resolutiōem de Pa-pæ potestate inscripsit? paruulo q̄dem sed ita pleno ac prægnante: ut nihil conari ibi aliud uideatur/q̄ ut de in dustria calumnietur & mentiatur. Nam iuxta octo præ dicta nullo alio interposito quinq; alia addidit: uix tri-bus lineis: scilicet q; Asiani Episcopi cogere uolebant concilia citra Pontificis auctoritatem: quod Iulius pri mus conatus est ꝓhibere: quod inaniter egit: q; illi ni-hil hoc curarunt: q; acutissime rescripserūt. Nempe iō acutissime/quia factionis Arrianæ erant. Et quia cōtra Pontificē contumaces/& inimici capitalesq; hostes san ctissimi uiri Athanasii: ut per historiam ibi late cōstat. Adeo animatus est Martinus omniū fœdissimoꝝ hære ticorum causam in suum suscipere patrociniū. Sed au-diamus illum. VERBA Mart. hist. tripart. Lib. iiii. Iulius primus conatus prohibere ne citra suam auctori

Quinq; men-dacia patētia uix tribus li-neis post octo prædicta.

Martinus Ar-rianorum pa-tronus contra Athanasium.

tatem concilium cogerent orientales epi inaniter egit/ quia nihil illi hoc curarunt & acutissime ei rescripserũt. O miserũ & uersipellem. Et qua fronte Cæsarem adire Athanasii exemplo (sic.n.ad Cæsarẽ infœlix & nimis notus audet hypochrita scribere. Athanasii.s. fortẽ in duẽs) ausus ẽ/q modo arrianos ẽt epos aduersus Athanasiũ defendere non erubescit? ❡ Addit/ Constantini quarti decreto papã eẽ oĩbus superiorem. & ut iuuaret mendaciũ mẽdacio.i.ut magis mentiret: pducit Platinam in bñdicto ii. Item clamat ꝙ Papa nec est/nec fuit/ &(ut pphetæ ptes sibi ascriberet ne qd ei desit ad consumatissimũ & arrogantissimũ hæreticũ) nec erit unq̃ ait/sup Græciæ & Aphricæ Asiæ ecclias. Itẽ ꝙ uerba illa Tu es Petr⁹/nõ referunt ad Petrũ/& ꝙ ita pbat Hier. Aug. Chrisost. Orig. Sed non ocium est infinita ppemodũ enumerare/quorũ pars alioqn diligentius i libro alio nostro adnotata est: supuacuũ igit ac stultum negociũ/sed ẽt infinitũ: si me q̃si ascriberẽ & alligarẽ ad detegenda & redarguenda tot mendacia: psertim ꝙ talia tam imania sint/ut satis supq̃ sese indicent his nimirum qui claudere oculos nolunt.

Credim⁹ ad hæc rñdeat qc q̃ Marti. nisi forsan nuda uerba?

❡ Quod expugnatus/aptã ueritatẽ nũq̃ uelit agnoscere/sed oĩ qua põt uia ptinaciter ĩ mẽdacio psistat: nunq̃ satis cõfusus psuperbia: nunq̃ pudens præ arrogantia.

Qvarto qs pati posset hoiem semp confusum nunq̃ tñ pudere? nũq̃ confusionem agnoscere? Etenim peculiaris est eius mos: ut ea qb⁹

expugnat̃/maxime uel dissimulet ac dimittat/ aut si qñ compellitur ea non præterire/mille tamen coloribus/ ac mendacibus fucis/& mire confictis calumniis quasi uetus adultera operiat: uerbi gr̃a erit Hieron. contra illum: erit Greg. erit Aug. erunt alii/plerunq; etiam omnes simul doctores, non poterit respondere/ nec glossam addere/quãuis falsam. Quid tunc Martinus? Nempe cum aliud in mentem non uenit/in illos omnem calumniam rejicit/uidelicet q̃ alibi decies contrarium scripserunt: ita ut sic insanos & sui similes omnes nobis doctores reddat/ ut qui tam crebro tamq; facile in re p̃settim tanti momenti sibi ipsis aduersentur: & (quod stultius est) in eodem loco. Sed respiciamus hæc in uerbis suis. Confutatus impius homo p multas multoꝝ scõrũ authoritates: & inter cæteros p authoritatẽ Hieronymi: qui cõtra Pelag. dixit ecclesiã sup Petrũ Ap̃lorum principem stabili mole fundatã/eo tandẽ post multas stultitias se redigit ut dicat VERBA Mart. abusus est uerbo euangelii Hieronymus hoc loco q̃ alibi contrarium dicit interp̃tans euangeliũ ex aĩo. ℂ Chrisostomũ pariter abusum euangelio & sine authoritate loq̃ cũ dicit, Petrum oĩum ap̃loꝝ os & uerticẽ totius collegii & ecclesiæ futuræ pastorẽ constitutũ: & quem xp̃s uniuerso orbi p̃fecit. Et cum Gregorius apte uniuersalem omnium ecclesiaꝝ curã ad se ptinere p̃fiteat̃: & Rom. sedẽ semp fuisse aliaꝝ caput milies asseueret. Decies tñ ait Martinus illum contra hoc scripsisse. Et p hoc decies intelligit qñ plurimis lr̃is increpauit Constantinopolitanum Patriarchã qui se Pont. uniuersalẽ iactabat. Quo

Excusationes Marti. contra scõs patres.

niam hoc nomen neq; q̄dem Ro. Pont. est arrogandū sicut & Aphricano concilio est statutū. Et nō uidet cæcus Marti. q in eadem ipsa epl'a Greg. tanq̄ supior ptāte & iurisdictione ipso Constantinop. Epo cōminat̃ ei p censuras nisi resipiscat & ab eo noie abstineat. Quō hoc faciebat si ad Ro. Pont. iurisdictio sup græciæ ecclesias nulla unq̄ fuit/sicut affirmat adeo secure Mart? Quō ergo Gregorius dicit unū & facit aliud/uel tūc cū dicit? Et qs igit̃ disputet cū tali tā insano hoie? & q reddat nobis omnes stultos/& contra seipsos pugnātes? Nam qd putamus? an de uno tm̄ uel Hieronymo uel Gregorio uel Chrisost. hæc eum asserere: immo peculiare est homini/q olim patres a nobis desiderabat. cū nūc patres adducunt̃, sic respondere VERBA Martini Patres abusi sunt scriptura. ¶ Sed si uelim oēs eius circa hæc & insanias & confusiones & perplexitates referre/longissimo etiam uolumine/Deum testor benedictum/colgere & complecti uix possem: Nam & horribiliora q̄ inferius sunt producenda me remorantur. Quo autem intellectu Ro. Pont. nō dicat̃ uniuersalis eps/ lati[9] alio libro adnotatum reliquimus.

¶ Peculiare in doctrina sua nō tā pugnare cōtra ueritatem q̄ secum in plusq̄ manifestis contrarietatibus ac perplexitatibus.

Q Vinto qs ampli[9] pferre possit toties sibiipsi cōtrarium & tam perplexa loquentem. Modo papam admittit/modo negat: mō innocentissi

Quã uarius Martinus.

mum fatetur. Modo Antichristum: modo decreta recipit: modo damnat: modo toleranda esse asserit ꝓ charitate fraterna: modo in charitate Diaboli cõburit: modo concilia errare posse consentit: modo articulũ fidei posse statuere: ut ita uere nobis uertat fidem in utrũ. Et quanta obsecro q̃ perplexa de purgatorio suo adnotauimus? Quę a/nescio quo Taulero est mutuatus. Præterea qui alios Protheos uocat: quãtas & ille ĩduit facies. Modo se subiicit ecclesiæ: modo se eximit ab ea: modo se condemnat ꝙ reuerentiam debitam illi nõ tribuit & prælatis. Modo se per contrariũ ꝙ in hoc etiam fuit superstitiosus. Modo dicit ꝙ ipse homo est potens errare: modo ꝙ scit/ea quæ loquitur ueritatem esse diuinam: & ꝙ scit per scripturam oppositum ꝓbari non posse/neq; ulla ratione cõuinci quasi consiliarius altissimi nouus/& diuinæ scripturæ & hominum omnium sensus omnes penitus prænouerit ac penetrauerit. Modo laudat: modo uituperat quę paulo ante laudauerat. Addit etiã ꝙ ei reuelatum est: & ideo licet inferior sit: ipse loqui & alii tacere / etiam superiores debẽt. Et hac fretus arrogantia etiam Papæ indicit silentium: modo excõmunicationẽ/etiam mali Pastoris/etiam iniustam/ timendam atq; humiliter ferendã docet: modo anathematizzat damnat & detestatur ipsum Pastorem & bullam excõmunicatiõis qua iuste percussus est: & ipsum Papam uerũ ac finalem Antichristum: propterea esse asserit: & omnes qui hac parte illum sequanť Antichristianos Papistas Palpones: & sexcẽtis ĩdignissimis nominibus uocat. Et qs igiť tãtæ potestati/tanto fulmini

resistat? Sed scire uolumus/unde hoc adeo immensum authoritatis sibi cōparauit? Nempe de Babylonica captiuitate: ubi fœlicissimus Maumethis ęmulator/homines respicere ad carnales uoluptates impulit: ut ferino more omnibus penitus soluti legibus uiuant. Sine quibus tamen neq; ipsa latronum iniustitia durare potest. Hinc exterminata ieiunia: hinc uota omnia presertim religionis contempta: omne continentiæ uinculū confractum ac dissipatum: nulla publicæ honestatis ratio: omnia more ferarum promiscua. Ritus/Cerimoniæ: Dei cultus: Missarū solēnia mutilata/peruersa/Sacrificium Dei summum. Christi hostia: per inauditam perfidiam uiolata. Pietas erga defunctos prope extincta. Hinc solutio contritionis/confessionis. Hinc satisfactionū euersio/& erecta libertas Diabolica. O/Diabole quid facis in membris tuis? O serpens regulæ quo te cum patre tuo Diabolo præcipitas? O Genimina uiperarum quis demonstrabit fugere uos a uentura ira? Cum dicetur illa die/uobis. En ubi estis? ostēdite quomodo aperti sunt oculi uestri? Quomodo estis Dii facti & noscitis bonum & malum? An quæso tunc satis erit Euæ/idest stultis & insipientibus sic excusare. Serpens me decepit. Num proderit Adam/idest effeminatis opponere? Mulier quam dedisti mihi.i.concupiscētia mea & ardor ad malum: me seduxit? Sed nihil ago. Video enim q' rident: & ideo flebunt. Volunt uetitos fructus de arbore comedere: iam dentes dentiunt: & ideo tradentur loco/ubi erit stridor dentium. Iam ser-

Martini doctrina.

pens persuasit: & ideo cum serpente manebunt: super suũ pectus gradientes ac terrã comedent. Iam pulcher aspectu uidetur & ad uescendũ suauis. Et ideo offa ista in qua hamus est & uncinus absconditus: capiet & strãgulabit deuoratores suos. Qui pōt capere capiat. Redeo ego unde digressus sum: & in summa fateor nolo amplius destruere se destruentem & confusum confundere: & deniq; actum agere.

¶ De eius calumniis quas nunq̃ cessat confingere quibus oneret aduersarios.

¶ Exto/quod etiam illiberalius est. Vt enim apud istam Babylonicam turbam omnino uictorem/ac triumphatorẽ se exhibeat noster Regulus nunquam cessat indignissimis atq; absonis aduersarios onerare calumniis. Et ut pauca de infinitis afferam. In hoc eodem Babylonico libro ita est scriptum. VERBA Martini. Non hoc contenta Babylonia nostra: fidem quoq; adeo extinxit: ut impudenti fronte/eam negaret necessariam esse in sacramento isto: immo Antichristica impietate definiret: hæresim esse si fidem necessariam esse assereret. ¶ O Calumniatorem superbum/& cito humiliãdum: O perpetuum confusorem & citius confundendum. Cur enim non distinguis: ut ecclesia quam Babyloniã uocas distinguit? Quis erit quæso Babyloniam? Qui distinguit an qui confundit? In doctrina tua qui di-

Calũnia insolentissima.

ſtinguit, in noſtra / qui confundit. Etenim Babylonia apud nos cõfuſio interpretatur. Babylonia ergo noſtra diſtinguit & dicit, fidem requiri ad effectum ſacramenti / ideſt ad gratiam ſuſcipiendam ac ſalutem: quia bene nouit & intellexit chriſti uocem. Qui crediderit & baptizatus fuerit hic ſaluus erit. Qui non crediderit condemnabitur. Mar.16. Dicit item iſta Babylonia, non requiri fidem omnino ad characterem imprimendum. Et in hac Babylonia fuit Auguſtinus. Et poſt eum alii penitus omnes qui Baptiſmum ſuſceptum in nomine Trinitatis non iterandum dicunt: quãquam ab eo qui ſuſceperit ſine fide: immo etiam in errore perfidiæ: ab hęreticis etiam ſit ſuſceptus. Si igitur non reiterandus: ergo aliquid operatus eſt. Sed in Babylonia tua qui ſunt rogo qui tecum ſentiunt? An eſt ille tuus Taulerus? aut authores illi pręclariſſimi eorum tractatuum / quos domi habes ſecretos? Adduc quæſo nobis aliquẽ hæc acutiſſime diſputantem: aut egregie tractantem (ut ſoles dicere de magiſtris tuis). O ueram Babyloniam / o confuſiſſimum confuſorem. Sed amplius hoc audiamus: VERBA Martini. His audaciores & peiores finxerunt quandam attritionem. Quę uirtute clauium (quam ignorant) fieret contritio: eam donãt impiis & incredulis: ut ſic uniuerſa contritio aboleat. ¶ O faciẽ meretricis & adulteræ inueteratæ. Et ubi nam quæſo reperit ex his quos uocat olim Scholaſticos & Dialecticos, nunc uero etiam Antichriſtianos & Papiſtas: qui tantam unq̃ uel ſomniauerit impietatem: q̃ impiis & incredulis fiat remiſſio peccatorum ſacramenti uirtute?

aut ſtare cũ impietate aut incredulitate ullo mõ attritio nem? Quis atterit̃ ſi ſit impius & icredulus? quis obex maior grãe Dei/q̃ pfidia & impietas? An ſolũ Martinũ fortaſſe (ſi deo placeat) docet Paulus. Impoſſibile eẽ ſine fide placere Deo? En qũo turbam/& imperitã ſeducit multitudinẽ/impudẽtiſſima & fallaciſſima meretrix/& i Babylonicam trahit captiuitatẽ. Mitto hic pene innumera huiuſmodi ſuis libris paſſim iactata: quorũ aliquantula ps inferius etiã commodius manifeſtabit̃. Mirari aũt ſatis nequeo/q̃ pleraq; oĩno iam nulla fide digna intermiſceat. Et q̃ Papæ authoritatẽ ſupra authoritatẽ ſcripturæ extollimus. & q̃ efferimus eũ ſupra deũ & Dei uirtutem. Et q̃ ipſe Papa in decretis ſuis ſeipſum exaltat. & cõtra & ſupra deũ: & q̃ p̃dicat ſe nõ eſſe ſubiectum Dei mãdatis: & eiuſmodi alia ſolũ oculis Martini nup inſpecta: illis inq̃ oculis/q̃bus nihil niſi furias niſi ſanguinem reſpicit: illis inquã qui ad bullę aſpectum faſcinati ſunt/ut qcquid uideant bonũ/malũ ei fiat. Etenim poſt buccellã intrauit Sathanas in Iudã/ & poſſedit eũ: poſt bullã uero corripuit & Martinũ. An nõ conſpicua nõ patẽtia loquor? O ſine corde penitus q non agnoſcãt. et potius pſuadere ſibi poſſint/uel angelo teſte/in Papę decretis adeo abſurda atq; horrẽda cõtineri q̃ iſta furia iactat: illis p̃ſertim/q̃ de ſcõꝝ Pontificũ/ueterũq; illoꝝ paſtoꝝ pectore. zelo ſancto ac diuino ſpũ pleno: emanarũt. Hæc.n. potiſſimũ Martinus audax/& manus mittens ad fortia/ſibi expugnanda propoſuit. Quid ſi nõ his contraria paſſim in decretis haberẽt? ut mox probabimus: cum talis ſit Papa in decretis & taliliter

Calumniæ Mart. ſua imanitate ſeſe p dentes.

liter

ter effigiatus: ut beatus nimium sit/ si se ibi sępius specu letur. Quid igitur disputandum/ cum tam manifesto ca lũniatore & penitus peruerso diabolo?

¶ De eius iniquitate in authoribus deligendis/ atq; iis dem pro arbitrio improbandis ac detestandis.

Eptimo q̃uo possim cum eodem contendere re adeo iniquo/ ut bñ dicat ubi uult/ & quos uult auctorum: etiam cum summa laude: reci piat. Eosdem uero mox ubi in illum retorquentur dam net atq; miris modis recuset. Ecce ut uidim⁹ supra. Di cit Cameracensem de sacramento altaris acutissime di sputãtem. Et scholasticum doctorem laudat & sequit̃/ etiam in eo q̃ pro fide ac reuerentia auctoritatis eccle się/ ipse idem Doctor noluit substinere: captiuãs (ut de buit) intellectum suum in obsequium fidei. Quid igit̃ acutissime disputantem sequitur: & eundem se christia nissime humiliantem non sequitur? Immo si illud acu tissime ibi disputat: cur non etiam acutissime disputat cum probat & toto pectore sequitur in uesperiis suis: quod Papa est super omnes episcopos/ super oẽs eccle sias Pastor uniuersalis uerbo etiam cõstitutus diuino? Hic acutissime incipiet nõ disputare: & euadet iam iste Cameracensis in Martiniana doctrina non solum scho lasticus/ uerũ et Antichristus. Prӕterea Panormitanũ egregie tractantẽ laudat/ cũ de Papę & cõcilii auctorita te disputans nescio quas de ueteri schismate reliqas/ me rito a sanctis & doctissimis uiris facile cõfutatas & reie

ctas ifœliciter euomuit. At uero cũ uel in eo loco adeo egregie hæc tractante. Plurima dicat contra Martinũ: amplius non egregie tractat. Idem ergo & in eodem loco/egregie & nõ egregie. Quæ hæc iniquitas? Quid dicam de Ioh. Gerson/quem initio uel cum laude summa producebat uersutus Diabolus/ne cœlum & terram cõtra se moueret? donec id quod moliebatur perficeret: idest donec aperiret oculos Germanorũ ad Bursam: & ibi eos ita figeret/ut respicere ad alia nõ possent. Postq̃ autẽ uisus est sibi hactenus obtinere: Io. Gerson factus est simul cum aliis multis sanctis Dei/etiã Antichristus & Papista: ut qui cum aliis etiam attritionem cõfinxit: Et carnifex animarum tot confessionibus satisfactionibus Peccatis mortalib⁹/uenialibus Præceptis Regulis & aliis quæ enumerat/illaqueat simplicium animas: & in omnibus & per omnia perdit libertatem christianã. Quis postremo ferat Dionysii loco/Hieronymi/Chrisostomi: Augustini: Gregorii: Thomę: Bonauenturæ: Scoti: Alberti: Alexãdri de halis: & alioꝝ nobilium auctoꝝ/siue ueterum siue recẽtioꝝ. Nescio quem Taulerum: aut Laurentium Vallam: quasi irrefragabiles succedere? Et alios tales quos nuper ad lucem conať Martinus erigere. Nã audiamus eum de isto Taulero imprimis. VERBA Mart. Hunc doctorem scio quidem ignotum esse scholis Theologoꝝ/atq; ideo forte contemptibilem. Sed ego plus in eo repperi solidæ theologiæ & sinceræ q̃ in uniuersis scholasticis doctoribus repertũ est/aut reperiri possit. ¶ Audiamus de Laurẽtio Valla. VERBA Mart. At nũc Laurẽtius Valla is

Authores recusati a Martino & alii loco illorũ electi.

Laus Tauleri.

Aut reperiri possit. Nota.

est & quotidie magis fit. cui nec Italia nec uniuersa ecclesia multis seculis similē habuit/non modo in oī disciplinarū genere: qđ nullus adhuc præstitit magister noster eximius: sed in cōstantia & zelo fidei christianę nō ficto. ¶ Quis igit cōtra tam solidā Tauleri theologiā ac tam sincerā ego scholasticoꝝ uere minimus possim? Et aduersus tantam cōstantiam & non fictū christianæ fidei zelum Laurentii (præter cōsumatam in oī disciplina eruditionem) quid nā opponā? Si multis seculis Ecclesia parē nō habuit? Nō Franciscū: nō Dominicū: nō tot Sctōs: tot Martyres: q̄bus ēt ꝓximis seculis est illustrata? & uere hoc tm̄ fidei ac zeli & omnifariæ doctrinę apud Martinū/in eo dūtaxat libello sibi Laurentius cōparauit/ quē de Cōstantini donatione: ad seditiōem cōposuit. Taulerus uero tātus Theologus est pp egregia Dogmata: q̄ de Purgatorio docuit Martinū: uel illud maxime: ꝙ in Purgatorio charitas & meritū augeatur. Nā cū hoc nō solum cōtra apertas scripturas esset: uerū ēt cōtra btm̄ Augu. dicentē. Omne meritū hic cōparat̄. ꝓ tuēda sui magistri snīa: rn̄dit in solita cōfidētia suæ auctoritatis: ꝙ Augu. nō loquebat̄ de his q essent in purgatorio: cū tn̄ de his p̄cipue loq̄ret̄ Augustinus. Sed probet ille qđ dico in uerbis suis: & dicat nobis ꝙ btūs Aug. Cū dixit oē meritū hic cōpat̄ nō est locutus de his q in purgatorio sūt. VERBA Mart. Illa uerba Augustini ad purgatoriū nō sunt tendēda. Oē meritū hic nō illic cōparatur. ¶ Dicat uero nūc Btūs Aug. de q̄bus locutus est: & cōfundat adulterū filiū. VERBA Beati Aug. Neq; negandum est defunctorum animas

Laus Laurentii Vallæ.

i ope ad Leo.

pietate suorum uiuentium releuari / cum pro illis sacrificium offertur uel elemosinæ in ecclesia fiunt/sed eis hæc prosunt/qui cum uiuerēt ut hæc sibi prodesse possent/meruerunt. ℂ Et statim. ℂ Quo circa hic omne meritū comparatur/quo possit post hāc uitam releuari uel grauari. ℂ Et subinde. ℂ Quia etiam hoc meritum sibi quisque dum in corpore uiueret comparauit/ut ei possent ista prodesse. ℂ En Martine loquitur Augustinus de his qui in inferno sunt/an potius & euidenter de his qui in purgatorio sunt? Atqui mali sūt sacerdotes /mali pastores. Fateor/sed & ego hoc addam de meo/etiam pessimi. At tamen per hoc non fit, quin Aug. de his loquatur qui in purgatorio sunt. per hoc inquam non fit quin mendacium dixeris manifestissimum? Stultus igitur ego: si cum adeo iniquo homine disputem/qui tales nobis auctores præter multos quos non attinet nominare/uel hæreticos uel schismaticos/uel utriusque criminis maxime suspectos: pro idoneis obiicit. & quos ecclesia semper recepit & omnis schola non solū reiicit pro arbitrio (ut uidebimus) uerū etiam contumeliosissime eludit.

ℂ De eius præstigiis in cōmutando milies & inuertendo quæ alias effudit.

O Ctauo/quomodo enim possim cum tam lubrico homine pugnare? qui ubi uult inuertit & mutat omnia: ac uelut ipudentissima meretrix (quod est intolerabilius) præueniens clamoribus/ hūc morem ei peculiarem in alios reiicit? Nēpe cum

pe cum

pe cum est penitus expugnatus: mirum/q̄ nunq̄ desunt folia ficus ut pudenda contegat. quæ acu atq; filo consuit. i. uana & amarulenta uerba aculeis & puncturis cō nectit/ut suam (quo tantummodo potest) turpitudinē reuelatam/ abscōdat. Et ideo sæpe ita leges sese excusantem. Ego non dixi sic: aut non sic intellexi. Cum tamen uere illo modo & dixisset & intellexisset. Sępe etiam est uidere eundem dicentem. Ego non damno hoc: & tamen damnat. & eiusmodi pene infinita: quæ ut exemplis paucis euidentissime ostendantur. Publica olim cō clusione professus est. Decreta probātia primatum Roma. Pont. nata intra. cccc. annos. Cum uero confutatus manifestam sentiret imperitiam: cum plurima decreta hoc probantia nata fuerint/etiam ante mille annos: exposuit conclusionē sic. quod dixi nata intelligo. i. collecta & publicata: stabilita/& in scholis mandata legi/ q̄d factum & inceptum primum est a Gregorio. ix. ac deinde Bonifa. viii. & Clem̄. v. &c. Sed quid nunc dicet? quando admissa tam ridiculosa interpretatione/euidenter ostenderim/ longe ante Gregorium etiam per plura secula decreta fuisse collecta publicata & stabilita? Et specialiter q̄ ea de quibus erat contentio/non a Gregorio primum collecta/sed a Gratiano/neq; a Gregorio stabilita: aut mandata/legi in scholis/sed multo antea ab Eugenio/ut clare testantur historiæ. Sed putamus etiam hic lubrico homini deesse aliquas eiusmodi lubricas expositiones? Opinor enim fortassis: per figuram aliquam animose cōtendet/q̄ noluit Gregorii nomine Gregorium intelligere: sed Eugenium aut quem

Diffugia Martini.

cunq; alium superiorem canonum collectorem & stabilitorem: sicut enim tam impudenter contendit/ꝙ Petri nomine non significat Petrus. & ꝙ uerbum. Petrus: cũ significat Petrum torquetur/quid prohibebit eum. similiter & de hac Gregorii uoce dicere? Mitto quomodo excuset absurdissimum eius dictum/Deum impossibilia præcepisse/& quanta hic perplexa pugnantia & inopinabilia congesserit/ quantas blasphemias de gratia & libero arbitrio & de peccato prioribus addiderit? Et quomodo substinere etiam nitit omnia opera nostra quãuis bona/esse damnabilia peccata coram deo. Hinc nullum peccatum sui natura concedit ueniale/sed omnia mortalia/uenialia uero dici quia ex Dei misericordia dimittunt: ita ut apud istam Babiloniam omnia cõfundentem/& mortalia uenialia/& uenialia mortalia fiant. Pretereo multo etiam stultiora/ut est illud. ꝙ habere fomitem est peccatum mortale confitendum coram Deo/ & Deum nobis præcipere/ ne illum habeamus/etiam si in potestate nostra non sit illum non habere/etiam quãtumcunq; nolimus eum habere. Nuper ergo uisum est ab isto spurio/esse peccatum mortale/& tamen inuolũtarium. Stultus igitur Augustinus cum omni schola q asserit omne peccatum uoluntarium: immo non sit intelligibile quẽquam peccare nolentem/immo etiam nõ uolentem. Quid ergo putamus ad hæc non responsuꝝ hoiem? & cauillo aliquo nõ me elusurum? Et mille locis scripturarum (quos ipse/etiam si non intelligat/etiã si peruertat fulmina tñ ineuitabilia appellat) inuecturũ in me perpetua uerbositate? An igitur in tot lubricita-

tibus possim ego sanus persistere? an pati passim huiusmodi expositionibus mirificis uitam consumere/ & operam ei dare perpetuam: ut illas insuper totidem nouis expositionibus tueatur? Et ita elapsus postmodo me eludat coram applaudente turba sua & triumphum ei atque coronam uictoriæ decernente / ex eo q aperuit illis oculos ad Marsupium ad Carnalia ad ocia & libidines? Absit/ Absit peccatum hoc a me/ ut præbeam ulterius illi causas ullas totiens triumphandi atque augendi captiuitatem Babylonicam. Probarem autem mox hæc omnia quæ de illo dixi in suis uerbis nisi inferius sint latius apparitura. Igitur per hæc abunde bonis ingeniis persuasum existimo optima ratione abstinere me ab omni disputatione contra hominem/ qui tot extranea & pernitiosa/ & penitus contraria commiscere non desinat.

¶ Quod nihil eorum recipiat sine quibus recta disputatio non consistit. Et primo eum rationum fundamenta ac manifesta principia non admittere & discursus legitimos non capere.

Nunc illud ergo superest ut ostendam: quæ essent recipienda/ & sine quibus consistere non possit disputatio/ ab illo tamen penitus temere reiici & indigne uiolari. ¶ Primo igitur omnem disputationem rationibus & authoritatibus constare arbitror/ quibus quilibet disputantium nititur ad defendendas probandas ac roborandas suas & aduersarii infirmandas destruen-

dasq; positiones. ℭ Secũdo. Rationes duplicis esse uirtutis. Nam quædã quæ ineuitabiliter cõcludunt. Quædam uero quæ persuadẽt/aut mouẽt: modo magis mõ minus ꝓ materiæ qualitate. ℭ Tertio. Non esse ualidã rationem/quæ principiis quibusdam tanq̃ firmis nõ innitatur. Quæ siquis neget extra disputationẽ sese tanq̃ ebrius constituit: ut recte a philosopho admoneamur: contra negantes principia: non assumere disputationis laborẽ. ℭ Quarto. Nõ percipientes discursum uel falsitatem/uel ueritatem euidẽtem pariter ad disputationẽ non admittẽdos. ℭ Quinto. Ex authoritatibus similiter aliquas omnino ex professione necessario recipiendas: aliquas uero probabiliter, magis aut minus pro authorum existimatiõe apud ipsam ecclesiam. uel saltem apud eruditos.

ℭ His ita præmissis. Si ostendero hunc uirũ nihil horum in omni sua disputatione penitus obseruare: nonne amens ille sit/qui cum illo in litterariam contentionem descẽdat? Quæ ut manifestissime ante oculos omnium ostẽdam: qui respicere ad ueritatem non contemnat patienter animaduertere dignetur.

ℭ Primo quo ad rationes si forsan ut incepit disputationem de corpore Christi: de accidentibus sermo incidat. Et colorem/saporem/frigus/pondus/figuras: & huiusmodi esse accidentia supponerem: tanq̃ ad sensum ipsum rem notissimam: præsupposita apud omnes constanti definitione quid nominis huius uocis/Accidẽs: an non esset stultum contẽdere cum eo qui diceret: in grauissimæ censuræ suæ terribili facie ac maiestate. Pro

ba tu mihi homo ſcholaſtice hæc eſſe accidentia. Hoc uero imminere mihi ab iſto periculum/quod legitˀ in eodem Babylonico eius libro teſtimonio mihi ſit VERBA Martini. Sed hic nata eſt Babylonia illa philoſophiæ iſtius de quãtitate continua diſtincta a ſubſtantia. donec eo uentum ſit ut ignorent & ipſi q̃ ſint accidẽtia & q̃ ſubſtãtia. Nam q̃s certo monſtrauit unq̃ calorẽ/colorem frigus lucẽ pódus figuras eſſe accidentia? ¶ Deinde ſi de uirtutibus controuerſia ſit/atq; eas eſſe habitus animæ ſupponerẽ/& Martinus (opinor) q̃a hos tales habitus in ſe non ſentit: eos ab Ariſtotele confictos diceret/ſicut dicit. quõ ego ꝓbarem? cum ſi rem notã ad ſenſum experientia ipſa oſtenderem: nihilominꝰ omnia inficiaretˀ? An igitˀ id mihi ꝓuinciæ fruſtra ſumam? Profecto ſtultus ego ſim: ſi tanti ſit apud me adeo inſignis inſcitia. Præterea circa diſcurſus manifeſtos: quot obſecro ſemper fatua ac ridicula effutire nõ ceſſat? Mitto quæ alio libro collegi pene ſine numero. Ad q̃ ſi turba ſua reſpicere parum poſſet/pœniteret profecto epiſcopi ſui/tam inſulſi. Sed nunc ne noua deeſſe uideantur: audiamus. quomodo conuincit romanam tyrannidem (ſicut gloriatˀ) quæ laicis non niſi unam ſacramenti ſpeciem concedit. VERBA Martini. Finge me ex aduerſo ſtare & dominos meos Papiſtas interrogare. Totum ſacramentum in cena domini ſeu utraq; ſpecies: aut eſt datum ſolis præſbyteris/aut ſimul laicis. Si ſolis præſbyteris (id enim uolunt) Iam nullo modo licet ullam ſpeciem dari laicis. Non enim temere dandũ eſt: cui Chriſtus prima inſtitutione non dedit &c. ¶ Et

Notate philoſophi & ſal tẽ ridete.

Iteꝝ notate & ridete.

Nota uerba doctoris.

mox plenus uictoria p hūc ꝓcessum rōnis: ꝓrūpit gla-
būdus ī hæc uerba. Ego fateor ista me rōne mihi īuicta
supatū: nec legisse/nec audiuisse/nec īuenisse/qd cōtra
dicā? Viuat igit͛ rō hæc inuicta ut merita ē/xp̄s ñ dedit
laicis: ergo illis dādū nō est. Si hæc īuicta: pariter & ista
inuicta. Xp̄s nō dedit laicis: ergo ei dari nō debet. Pari
ter. xp̄s nō dedit fœminis/ prima institutione/ergo non
est dandū fœminis. Silr̄/nō dedit nisi apl̄is: ergo nō est
aliis dandū q nō sint apl̄i. Aut si ita incōsiderate respicit
uir præcipitatiōis ad factū xp̄i: xp̄s dedit cœnantibus il
lis: ergo ēt cœnātib⁹ dari debet: Eqdem & hoc expecto
ab isto euangelico doctore ꝓ turba sua: ut in potu & in
omni ebrietate cōmisceat & conculcet uenerabile do-
mini sacramentum: qa. s. dn̄s ī prima sua instōne illud in
cœna fecit. Si ergo hę sunt rōnes apud eum tam inuictę
quid erūt aliæ: q̄ tam inuictæ nō sunt. Hic duo eiusmo
di addam. de multis pene infinitis/q̄ ociū ñ est colligen
do frustra bonas horas amittere. Inter reliqua plena oī
stultitia & inscitia argumenta quæ contra indulgentias
fabricauit. hoc est admirabile & in quo maxime exultat
contra. S. P. Mag. Audiamus melius in uerbis suis: ita
ad. S. P. Mag. rescripsit VERBA Marti. Secundo qd
addis alia bona non esse relinquēda propter uenias/cū
null⁹ pro certo sciat se uenias assecutum. Rn̄deo/o mi
serū ꝓciniū ueniaꝝ: obsecro si īcertū est cōseq̄ nos ue
nias qd facim⁹? qd doces? Apost. nos docet ne ī īcertū
curram⁹ & īferi⁹. Quid ē q̄lo donū īcertū? nisi nullū do
nū? Quis ergo pati possit rōnes tā stultas? est donū īcer
tū: ergo nullū donū. q̄cūq; igr̄ īcerta sūt/nihil sūt apud

Rōnes īuictæ Martini.

istũ: & merito: qa ĩ oculis suis de oib⁹ ipse cert⁹ est: cert⁹ est. n. de scripturis: de grã dei: & ꝙ oĩa dona dei ipe hẽt: reliq q ĩcerti sunt: nihil hñt: nihil sciũt: qa ergo ĩcert⁹ sũ anuitio meo quopiã mihi occulto sim ĩ grã dei/cõtinuo in grã dei nõ ero: sicut si nesciã an mihi ꝓfuerit ĩdulgentię/p hoc nõ ꝓfuerũt. ĩfirm⁹ pariter q ĩcert⁹ ẽ de medicina an ei ꝓfuerit: & ĩterdũ putabit nõ ꝓfuisse: ĩmo uel nocuisse: p hãc ĩcertitudinẽ/nulli⁹ stati fiet medicina operatiõis ad salutẽ. O uiꝝ ꝑcipitẽ & penitus sine prudẽtia uiuãt istę rõnes ĩuictæ: ĩcertũ ẽ/donũ: ergo nullum ẽ donũ. i. ĩcertus ego sum utrũ mihi dñs pc̃tm̃ aut pœnã dimiserit: ergo non dimisit: ita docet Martinus.

¶ Quod authoritati sacræ scripturæ deroget/atq; mutilet illã ꝑ arbitrio & q̃tenus cõtra se faciat: ꝙ ẽt ꝑuersissimis & primo ẽt auditu absurdis ĩterp̃tatõibus destruat.

Ecũdo igit̃ quoad scripturas eo se ĩfœlix ꝑcipitauit/ut iã cõtumeliosus ĩ deũ sit q̃ disputet in hoc cũ illo. Prĩo qdẽ/qa si forte scripturã ei ueteris instr̃i adducerem: puta Hieremiæ uerbum immo uerbum domini ad Hieremiam: ita auderet dicere/malo credere Apostolis qui me aliud docent q̃ Hieremię. An non putamus eo præcipitatam hanc infœlicem bestiam: ut sic loquatur? immo effundat mox ille quæ dixi in suis uerbis stultissimis & prophanissimis. Nempe super. c. solitæ. de maioritate & obed. Cum ibi Papa cõtra imp̃atorem: sacerdotii dignitatem ac potestatem super reges ac populos. in uerbo illo Dei quod factũ est ad Hieremiam sacerdotem de Anathot cum ait Do

minus. Ecce constitui te super gentes & regna, lucu-lentius commendaret: Martinus pro Imperatore ad ea sic rñdet. VERBA Mart. Ego duos Aplos primos ꝑ me habeo. Quibus plus credẽdũ est q̃ Hieremiæ. Et ꝙ illi ueritatẽ reuelatã noui testamẽti. Iste more ꝓpheti co occultatã locutus est. Ideo nihil ꝓbatur contra me.

Verba nõ minus impia q̃ stulta.

❡ Quid his uerbis horribilius? Quid stulti⁹? Plus credendum inquit Apostolis q̃ Hieremiæ. Quod est dicere. Plus est credẽdum spiritui sancto per Apostolos loquenti: q̃ spiritui sancto loquenti per Hieremiã. At notetur ratio: quia inquit illi reuelatam ueritatem: iste occultatã locutus est. Quid est hoc ridiculi quod ait? Locutus est ueritatem occultatam, occultatam ne sibi: an aliis? sibi: dicit. nec enim aliter uerum esse posset min⁹ esse ei credendum. O Diabolum. Ergo Propheta Hieremias in utero sanctus/quid loqueretur non intelligebat? Propheta reuelationẽ non intelligebat? Præterea quid illis uerbis manifestius? Ecce constitui te sup gentes & regna &c. Quis hic sensus occultatus? Da tu illũ nobis consiliarie summi Dei. Ecce iam uidemus quo se proiiciunt arrogantissimę oĩum Bestiarum. Etenim cõtra illos iam nõ poterit adduci de ueteri testõ scriptura ulla. Sic. n. semper ꝓderit ista rñsio. Magis credendum est nouo: ubi est reuelata ueritas q̃ ueteri: ubi occultata. Stultus Paulus qui passim de ueteri instrõ ad cõfundendos aduersarios ꝓducit. Sed qd de christo dicem⁹? qui ꝑ ueteris testamẽti/loca ẽt abstrusissima confundebat Iudæos ẽt in cõtentiõe: uel ex eo qđ de Dauid ꝓduxit, qui in spũ uidens locutus est. Dixit dñs dño meo sede a dextris meis. Cur igit̃ illã occultatã ueritatẽ oppo-

ſuit Iudæis dn̄s ſi poterant legitime rn̄dere. n ō credim⁹ Dauid/occultatā ueritatē loquēti. O miſeriā ſtultiſſimi & ,pphaniſſimi hoīs. Sed putamus ēt ſaltē nouū: illibatē ab eo ſeruari? Immo dicat ille nobis. Quid de Apl̄i Iacobi epl̄a ſentiat. VERBA Mart. Quod aūt Iacobi Apl̄i epl̄a inducit̄. fides ſine opibus mortua eſt. Primū ſtilus Epl̄æ illius longe eſt infra Apl̄icā maieſtatē: nec cū Paulino ullo mō cōparandus &c. ℂ Et alibi in hoc Babylonico libro. ℂ Omitto. n. ꝙ hanc epl̄am nō eſſe Iacobi Apl̄i/nec apl̄ico ſpū dignā multi ualde ,pbabiliter aſſerūt. licet cōſuetudine auctoritatē cuiuſcunq; ſit obtinuerit. ℂ Sed ꝗa nō ſatis erat negādo illā eē Iacobi blaſphemare Deū in Eccleſia: a qua ,pbata ē Iacobi eſſe. Niſi ēt blaſphemaret Deū in ipſo Apl̄o. ita ſeqtur. ℂ Tn̄ ſi eēt Apl̄i Iacobi: dicerem/ nō licere Apl̄m ſua auctoritate conſtituere ſacramentū. ℂ Audiuimus arrogantiam. audiuimus & blaſphemiam. Quæ igitur diſputatio cum illo cui ,p arbitrio cenſuraq; ſua quodlibet a ſcriptura mutilare liceat? Quis. n. ,phibeat: ne ea temeritate qua ſibi arrogat epiſtolam Iacobi nō apl̄ico ſpū dignam cenſeri: de q̄libet ſcripturæ pte: idē ſibi p̄ſumat? Sed obſecro q̄ ſtultitia? ꝗa ſtilo Paulino nō eſt cōparāda Iacobi Epl̄a. & idcirco nō Iacobi. Hacten⁹ ego putaſſem nō neceſſariū eſſe Iacobi ſtilū ſimilē eſſe Paulino. Nam q̄ſo nū iō minus alii fuerint ,pphetæ: ꝙ eoꝝ ſtilus Eſaiæ ſtilo minime eſt cōpādus? Quis ferre hæc poſſit? Quod ſi inſup quo illū adigerē in anguſtias ei⁹ teſtimoniū inducerē/cū cōcedit ad eccleſiā ptinere doctrinarū ſcripturarūq; diſcretionē atq; ,pbationē. Putamus defecturū lubriciſſimo hoī angulū quēpiā ūn elabi

Verba horrēda in epiſtolā Iacobi.

Verba iterū horrendiora etiā in ipſum Apoſtolū Iacobum.

bat? Putamus ecclesiæ nõie loco Papæ cũ oĩb⁹ q̃ eũ ue luti caput & Principẽ sequunt̃: nõ seipm̃ poti⁹ cũ alio quopiã ĩtellectuꝝ/q̃ aliud qcq̃? An nõ existimam⁹ futu rũ: ut dico? Atqui singula ipse suis uerbis ꝓbet nobis. VERBA Mart. Hoc sane hẽt ecclesia q̄ põt discer nere uerbũ Dei a uerbis hoĩum: sicut Aug. Cõfitet̃ se Euangelio credidisse motũ authoritatẽ ecclię. quę hoc esse Euãgeliũ p̄dicabat &c. Quid ergo est q̄ mõ Augu stini exẽplo ñ credit epistolã Iacobi sicut ab ecclesia dr̃ Iacobi esse: mot⁹ ille quoq; authoritate ecclesię? Nẽpe id qđ dixi/elabit̃. & ĩcerta oĩa atq; cõfusa relinquẽs: ita seqt̃ paulopost. VERBA Mart. Quis. n. scit q̃ sit ecclesia hñs spũm? Cũ in statuẽdis his soli & pauci epi: aut docti adesse soleãt: quos possibile ẽ nõ esse de eccle sia: & oẽs errare sicut sæpe errauerũt cõcilia: p̄sertim cõ stãtiense/qđ oĩum ĩpiissime errauit &c. ¶ Et tãdẽ maio ra moliẽs: & auferẽs ab ipso Papa oẽ; decernẽdi autho ritatẽ: spernẽsq; oĩa a cõciliis decretisq; statuta: & toti⁹ ecclesiæ consensu ꝓbata semp & custodita: ĩmo uero q̃ ipse De⁹ ore suo mãdauit. De illo tãdẽ q̃ fornicatiõis cã uxorẽ dimittit: nũqd cũ alia cõtrahere possit: & de aliis q̄busdã eiusmodi, dubitãs uir Magnificus: ita tãdẽ erũ pit. Audiãt obsecro xp̄iani arrogãtiã serpẽtis. VER BA Mart. Tñ ĩ his nihil definio (ut dixi) q̃q̃ nihil ma gis optẽ esse definitũ. Cũ nihil magis me & multos ue xet hodie. Sola authoritate Papę aut epoꝝ hic definiri nihil uolo. Sed si duo eruditi & bõi uiri in nõie xp̄i con sentirẽt: & in spũ xp̄i ꝓnũtiarẽt eoꝝ ego iudiciũ p̄ferrẽ ẽt cõciliis q̃lia nũc solent cogi: tm̃ nũero & authoritate citra eruditionẽ & sanctimoniã iactata &c. ¶ Verũ dic

tādem q erūt isti uiri bōi q̄ sup his in xp̄i noīe cōsentire possent? Dic audacter Martine/ bōe uir/ ēt si teipm̄ dicere res: ne time. Nota. n. iā est modestia & hūilitas tua: quā p oēs libros tuos testatā clarāq; passi; reddidisti nobis. An putam⁹ q Martin⁹ nō se unū ex his duob⁹ uiris bonis cōstituat? q̄q̄ hūilitatē seruās sociū sibi adiūgendū: meliorē se appellat. Etenī cōtinue supiorib⁹ adiūcta ei⁹ uerba hæc sequūtur. Suspendo ergo hic organū meū/ donec conferat mecū ali⁹ melior &c. ℂ Hē quo redegit ecclesiā Dei? Martin⁹ igit̄ atq; ali⁹ secū melior cōferēs: melior oīb⁹ cōciliis q hac tēpestate cogi possent: ēt illo puto/ ad qđ ꝓuocauit: rē ipsam tādē enudabit & indicabit ueritatē nobis. Interī uero nihil definiri hic uult authoritate Papæ. Nihil uolo inqt definiri hic/ sola Papæ aut epoꝝ authoritate. O xp̄iane hō. Attēde uerbū grāde. Volo. Sic uolo ait Martin⁹. Tu qs es q rn̄deas Martino? q q̄si nr̄ figulus ī oēm faciē uertit qđ uult. Et Papā & Cæsarē & ecclesiā & sc̄tōs Dei: oīa ꝓ arbitrio mutat: innouat: creat: tollit. Nūqd ergo lutū. i. Papa & Cęsar & ecclesia & sc̄i Dei: poterūt Martino dicere. q̄re me fecisti sic? Sicut p Esaiā dr̄? Hē xp̄iani quā supbiā & arrogātiā expectam⁹ maiorē? ℂ Nūc de blasphemia cōtra Apl̄m uideam⁹. Sic. n. seqt̄. ℂ Etiā si esset Apl̄i Iacobi dicerē nō licere Apl̄m cōstituere sacr̄m. ℂ O crudelissimū dictu. Etiā si esset Apl̄i Iacobi dicerē inqt: nō licere Apl̄m sua authoritate constituere sacr̄m. Quid hæc uerba sibi uolūt: nisi māifeste hoc? Ego Martin⁹ ēt maior Iacobo: ēt si sit Apl̄s: ēt si tonitrui sit fili⁹: etiā si dn̄i Iesu xp̄i fr̄. Oppono tn̄ me illi: & dico. Temerariū eū si

Mo destiæ Martini.

Esa. 45.

talẽ epistolã cõposuit: qm̃ sacr̃m qđ nõ potuit/ ĩstituit: qđ si forsan ut Iacobũ defenderẽ referrẽ. Heus Martie pce ipietati cõtra Apl̃m. Parce iniqtati contra ecclesiã. Etenim nemo asserit ꝙ Iacob⁹ sacr̃m sua authoritate p illa uerba cõstituerit: sed solũ ꝙa dño cõstitutũ declara uerit: eiusq; formã/ tãq̃ a dño acceptã/ docuerit: sicut ab his tradita est nobis forma sacri eucharistiæ celebrãdi. Si inq̃ ita reñderẽ ꝓ Iacobo: qd putam⁹ eũ cõtra relatu rũ? nisi/ ꝓba qđ dicis scholasticæ: antichristiane: adula tor. Nã ubi in Euãgelio legim⁹/ ꝙ ita a dño Iacobus ac cęperit? Quod aũt in Euãgelio nõ est. reiicio: damno: detestor. Et si demũ cũ Augustino & oib⁹ dicerẽ. Mul ta esse recipiẽda eiusmodi q̃ in euãgelio scripta nõ sunt sed nobis tradita ab ipsis aplis & ad nos usq; successiõe deriuata. Quid ille ad Augustini authoritatẽ? An pu tamusq; Augustinus nõ sit apud Martinũ: ẽt fidei im pius uiolator: atq; extinctor? Nẽpe & hoc paulopost ui debimus. Cũ ergo hęc ita sint ut cõtra scripturas ẽt sese erigere ꝓ sua libidine iã inceperit/ qs obsecro loc⁹ dispu tatiõi aduersus illũ? At uideamus mõ de scripturis his. quas/ & si nõ corrũpit in lr̃a: mirabil̃r tñ ad sensum puer sum detorquet. & pauca pene de inumerabilib⁹ afferamus. Ecce. n. iducunt̃ ab oibus uerba illa xp̃i. Tu es Pe trus &c. Pro primatu & clauium potestate collata Petro Ipse uero ab adulatoribus papistis & antichristis torq̃ri Petri uerbum exclamat. Quoniam non Petrum sed ec clesiam eo loco significat. Ita ut apud eũ hoc sit torque ri uerbum Petri cũ p illud Petrus significatur. Petri er go uerbum (bonum est sæpius hoc repeti ne excidat)

tunc

tunc torquetur/cum Petrum significat. Si igitur aliquã do forsan Christi uerbum adducerem de scripturis. Ita pariter pro libidine totidem exclamationibus affirmaret: torqueri Christi uerbum & uim inferri scripturis: nec per uerbum christi significari Christum: sicut neq; per uerbum Petri intelligi Petrum. Neq; pro hoc dubitaret etiam Sanctorum authoritatem proferre: & si manifestissime starent aduersus illum. At forsan nõ uera/non comperta loquor? non de suis uerbis probata? & in libro quem contra illum edidimus latius animaduersa? ubi eiusmodi & longe maiora amatoribus ueritatis comprobare licebit. Sed per contrarium quoq;: quid minus negocii atq; angustiæ mihi faceret/si inuicem aduersus me quempiam scripturæ locum iuxta ali quam nouam suam & inauditam interpretationem afferret? Ecce enim egregius hic & admirabilis scriptu rarum interpres. Quod oporteat nos peccata mortalia tantum confiteri: producit authoritatem Pauli dicentis. Manifesta sunt opera carnis. quia enim ibi in Pauli textu/est uerbum. Manifesta: & in conclusione sua pariter est hoc uerbũ. Manifesta. Subito & manifeste con cludit q; solum manifesta peccata sunt confitenda. Sed addit etiam eundem Apostolum cum ait. Siquis inter uos fornicator &c. cum eo nec cibum sumere. His pari ter uerbis inducit nobis: ut solum mortalia manifesta confiteamur. Quid ergo hic agam/si me istis scripturarum fulminibus (ut ille inquit) obrueret atq; opprime ret? Quãobrem stultus ego/si in ullam ulterius disputationem contra illum descenderim. Nam & Erasmus

Attẽde tracta torẽ scriptu rarum.

cum persuadere sibi non posset tantam Martini impietatem: per Epistolam apud Maguntię Principem sic excusat. ꝙ Martinus non intellexit de manifestis tantum in facie ecclesiæ / sed sibi: ac si dixerit. neminem teneri nisi sibi nota: cõfiteri. Sed non sic patitur excusari Martinus. uult enim gloriam suam. Nam producens Apostolum qui de manifestis in facie ecclesiæ loquitur: de illis sese intelligere manifeste indicat. Sed & hoc apertius post modum in sua contra Eccium defensione declarauit: ubi non solũ uult esse sola manifesta mortalia cõfitenda de iure diuino. sed q̃d est amplius cõfessione manifesta & in facie ecclesiæ id agẽdũ. Audiamus illũ.

VERBA Mart. Dico ergo confessio illa quæ nunc agitur occulte in aurem / nullo potest iure diuino ꝓbari: nec ita fiebat primitus. Sed publica illa quã Christ⁹ Matth. xviii. docet. Si peccauerit frater tu⁹. & Paulus. Aduersus præsbyterum accusationem &c. ℂ Et hoc amplius dicere audet. ꝙ de ista confessione non locuti sunt patres. O Abyssum mẽdaciorum: O Scandalum mundi. Ecce ꝙ Erasmus cuius olim astu sibi beniuolẽtiam conciliare blandiendo studebat. excusare illum ulterius neq; potest: neq; uult: quia tam profundas stultitias & insanas hæreses merito (ni fallor) non abhorrere non potest. His igitur paucis expositis: abunde persuasum existimo uiris bonis: & ueritati acquiescentibus: contra dignitatem & maiestatem scripturæ me acturum. si de eius origine ac ueritate / ullam admitterem ab isto serpente controuersiam.

¶Quod omnem ecclesiæ penitus & Pōtificum authoritatem indignissime reiiciat Strophis inauditis atq; indignissime confictis.

Tertio circa ecclesię authoritatē & decreta Pōtificum nō arbitror opus esse uerbis aut testimonio alio/ pterq̄ qđ ipse facto publico & scelere a seculis inaudito/ & læsæ maiestatis crimine inexpiabili nobis præbuit: tamen ut uiperæ eius rabiem simul cum contumacia & proteruia semper auctam facile ostendam qua non minus contra seipsum q̄ contra alios furorē exercet. Audiat obsecro uniuersa ecclesia. Monstrosæ bestiæ inconstantiam. Proferat ergo nobis ille uerbis suis qđ de ecclesia Ro. & decretis summorū Pont. cum non dum tantopere excitatus esset in furias sentiebat: aut certe sentire simulabat: & expsse ac perspicue cōfiteatur: ex uera sanctorū: & nominatim Hieronymi doctrina: q̄ in decretis Roma. Pont. ad hunc diem nullus unquā error cōtra fidem inuentus fuerit. VERBA Mart. Gratias ago Christo q̄ hanc unam ecclesiam in terris ita seruat (ingenti & quod solū possit probare fidem nostram esse ueram/ miraculo) ut nū q̄ a fide uera ullo suo decreto recesserit: nec tot baratris pessimorum morum Diabolus tantum efficere potuit: ut penes hanc nō maneret ab origine sua: Canonicorū Bibliæ librorum: & Ecclesiasticorum patrū: & interpretum authoritas: & authoritatis sincera professio. Obsecro. Nota lector uerba Mart. prioris ante bullā.

¶Secundo dicat nunc per cōtrariū q̄ Decreta sunt cōtra Dei ueritatem & Euangeliū humano spiritu & affe

ctu ambitionis atq; tyrannidis producta nobis & alla ta. Profero hic totum librum resolutionum suarum de potestate Papæ/& alios quos deinde excusit omnes / p quos hanc gloriosam conclusionem conat' defendere. CONCLVSIO Martini. Decreta probantia primatũ Ro. Pont. sunt frigidissima. Et quia sic modeste nimis (ut inquit) locutus erat: pœnitens tantæ modestiæ addidit postmodo/languidissima/ineptissima/impiissima deliramenta/paleas/& contra euangelii ueritatem & fidem. Et quia etiam sic/modestus adhuc nimis/immo & superstitiosus fuit/& nimio plus prodigus in tribuendo honorem Primatui Pont. Rom. Cum illum concessisset saltem humano iure/ licet negasset diuino: loco prioris conclusionis modestę/ & superstitione plenæ. In captiuitate sua Babylonica iussit apponi istã. VERBA Marti. Nempe cum papatum negassem diuini/ admisi eẽ humani iuris: sed ut audiui & legi subtilissimas subtilitates istorum trossulorum/quibus suum idolum fabre statuunt: est enim mihi ingenium in his rebus nõ usq; quaq; indocile: scio nunc/ & certus sum. Papatum esse regnum Babylonis & potentiam Nimroth robusti uenatoris. Proinde & hic ut amicis meis omnia prosperrime cedant: oro librarios: oro lectores: ut his quæ super hac re edidi exustis: hanc propositionem teneant. ℭ Papatus est robusta uenatio Romani epi &c.

Verba Marti. posterioris pene i ipa bulla

Verba postremi Mart. post bullam.

TErtio dicat nobis q & si talia essent decreta: uidelicet contra euangelium & uerbum Dei. Tamẽ cẽsebat ea esse non damnanda sed toleranda pro charitate fraterna. VERBA Martini. Protestor ego q decreta qdem

ta quidem eiusmodi non damno. Nihil enim meæ salu-ti deperit/si tolero alicuius uiolentam scripturæ inter-prætationem. Et statim. Quãuis enim huiusmodi abu-siones scripturæ tolerandæ sint &c. Et alibi. His decre-tis contra hostes & incontentione: nihil effici potest: sunt enim languidissima/frigidissima/& penitus ineptis-sima: sat est q̄ tolerant̃ ꝑ charitate fraterna. ¶ Cæterũ quia supererat declarare nobis quomodo fraternam istã charitatem intelligebat/certos deniq; fecit nos/q̄ trade-re igni est tolerare ꝑ fraterna charitate. Quis enim (ni-si sic declarasset) ita potuisset intelligere charitatem fra-ternam? An non igit̃ dignus est ut talem ipse in se fra-ternam charitatem aliquando experiat̃/qualem declara-uit nobis atq; exhibuit? An non uiuit dominus? Sed ad rem nostram. Iam arbitror constare posse doctis omni-bus: cum neq; rõnum momẽtis: neq; scripturarum ueri-tate: neq; ecclesiæ authoritate quicquam moueat̃: nõ so-lum extra disputatiõem posuisse suam omnem causam/ uerum & Augustini snía merito ac penitus prosterni. Qui ait. Contra rõnem nemo sobrius. Cõtra scripturã nemo xp̃ianus. Cõtra ecclesiam nemo pacific⁹. Neq; qc-quam est/quod in uersutia sua iam nimis nota sæpe in-quit. Atqui non nego ecclesiam: quinimmo confiteor asſero/prædico: & illam sine errore penitus regi duciq; spũ sancto confirmo. sed nolo unum Põtificem & unã Romanam ecclesiã uestris adulatiõibus mihi talem fa-ciatis: quæ errare non possit. Age æqua postulat/faciat ergo illam nobis Martinus: ecce sic inquit. Ille cui reue-latum est: in quo est spũs Dei/ut errare non possit: est

Verba iterũ pene in ipsius bullæ exitu.

Factũ Marti. post bullam.

Verba Augu. penit⁹ cõgruẽtia Martino.

ecclesia. Ita quippe passim uociferatur: sed quis est iste cui sit reuelatum? Difficile est omnes circa hoc eius inconstantissimas fatuitates referre. Nam interdum dicit nullam particularem ecclesiam talem esse: ut & nullum particularem hominem: quia de nullo particulari homine certum est ei reuelatum eē/ sicut latius adnotaui contra illum alio opere nostro. Interdum uero dicit nesciri talem cui sit reuelatum/ ut in incerto penitus nobis ponat istam ecclesiam: quam tamen secuturi sumus. Nonnunquam etiam prædicatores orbis istam ecclesiam eē contendit. Credo: ut hic seipsum cum suis complectat. Sed quoniam hæc relinquere ita incerta/ absurdum tādem sensit/ quia Paulum nouerat monentē/ ne in incertum curramus: & quia post bullam (ut diximus) didicit longe melius sapere. Istam ecclesiam cui sit reuelatum facit tandem se ipsum. Et hoc est q̄ audacter & magnifice opponit contra bullam & summum Pont. & contra eius adulatores oēs: & ideo Papa & alii quantumcunq; maiores tacere debent: quia sibi quanq̄ minori reuelatum est. An non hoc superius in suis uerbis pulchre pbauimus? & hac fretus authoritate dixit/ q̄ non uult/ amplius q̄ Papa circa dubia emergentia de fide/ aut moribus/ aut interpretatione scripturæ/ neq; nullus episcopus decernat quicquam aut definiat: quia ipse cum alio quopiam meliore/ maturiore circa hoc habito consilio: rectius quid sit seruandum considerabunt. Ego ne igitur cum homine/ qui ipse sit ecclesia/ & cui sit reuelatū & qui potest indicere silentium Papæ/ & omnibus episcopis & prohibere ne quid ulterius statuant. Ne quid

Quæ sit ecclesia Martini.

interpretentur/ nequid inter christianos decernant: & hoc honoris/ & prærogatiuę sibi sumit. Ego inquam cũ tanto Deo qui de conciliis iudicat/ decernit/ censoria authoritate & maiestate: & uoluit & reuoluit omnia/ quo uult & quatenus uult: ego inquam pauper & igno bilis & mendicãs: congredi ulterius cum eo uel possim uel ausim? Vicerit. sit ille ecclesia: sit cui est reuelatum: & Petrus Apostolus (sic enim contendit) non fuerit unquam talis. Sit deniq; Martinus solus omnia: usque quo tãdem noscat miser. ꝙ magnus est dominus Deus qui superbos increpat & humiliat usq; ad terram. Audiat ergo interim uniuersa ecclesia minutulam tantæ superbiæ portiunculam: VERBA Martini. Volo liber esse/ & nullius seu concilii seu potestatis seu uniuersitatum seu Pontificis authoritate captiuus fieri/ quin confidenter confitear quicquid uerum uidero: siue hoc sit a catholico/ siue hæretico assertum/ siue probatum/ siue reprobatum a quocunq; concilio. Nec uerebor etiam ipsam inuidiam/ quę me hęreticorum patronum forte criminabit. ¶ Ite nunc Christiani & spernite censuras/ & mandata Põtificum. Quid enim putamus illum in has furias coniecisse/ nisi Christum in uicario suo cõtemptum? Olim quidem aliquam conciliis & reuerentiam & authoritatem præstabat: saltem Niceno/ quod sacratissimum omnium appellauit: de quo & cum honore aliqñ locutus est. Nunc uero nullius penitus authoritate uult cogi: etiam illoꝝ quatuor quæ Gregorius nõ minus obseruanda q̃ sancta Dei quatuor euangelia contestatus est. Sed quid mirum; cum oĩa stent contra illum?

Verba ꝓphanissima & arrogantissima.

Causa supbiæ Martini.

& propterea subinde etiam clamat. VERBA Martini. Deniq; uia iã nobis facta est/eneruandi authoritatẽ conciliorum/& libere contradicẽdi eorum gestis/ac iudicãdi eorum decreta. ¶ Quis igitur tantis obstare furiis legitima ulla disputatione ualeat? Qui enim iam talis ac tantus est ut possit eneruare/iudicare/contradicere quibuscunq; conciliis/atq; eorum gesta & soluere & resoluere: & resolutiões omnium componere profecto omni disputatione solutus est.

Verba itidẽ arrogantissima & supbissima.

¶ Quod omnes doctores nõ solum recentiores: uerũ etiam ueteres: ecclesię ipsius columnas: tam græcos q̃ latinos quanti uis nominis atq; authoritatis recuset: etiã si simul contra eum concordi uoce uniuersi clament. & cum illis/etiam uniuersus orbis christianus.

P Ostremo igitur doctores Sãcti siue græci siue latini/siue doctrina admirabiles/siue sanctitate cõspicui. quid essent coram isto Martino si eos cõtra eũ ꝑducerẽ? Nihil ꝑfecto. Oẽs scriptura abusi sunt. Hieronymus dixit. pniam esse secundã tabulam post naufragiũ. Martin⁹ dicit hũc esse pnitiosum errorem. Augustinus cõmendat missarũ ritũ: & spãliter ubi secreto uerba ꝑferunt: ne corã imperita turba tam uenerabile sacrificiũ uilescat Martinus hanc esse impietatem & tyrannidem exclamat. qua sola extingui potuit fides. Et hoc sibi lucro apponit ecclesia: ut tandem impium & fidei extinctorem Augustinum cum uniuersis sacerdotibus & episcopis agnoscat. Beatus Gregorius

Aduersator oium sctõrũ.

Decernit ne quis uxorem habens/ordinetur ad subdia-conatum/Martin⁹ ob istam causam decreta comburit. Concilia plurima & antea & postea id sanxerunt: Eneruator atq; censor omnium conciliorum Martinus damnat & detestat. Apostolus Paulus &. Scti Dei penitus oẽs (hic enim neminem eorum qui scripserũt excipio) Iesum dñm/hostiam & sacrificium uocant. Martinus nuper oibus se opponens: uoci & cõsensui oium pplorum & totius ecclesiæ: cõstantissime negat. Ad hunc diẽ scto͂s Dei pios ac iustos credidimus. Nũc uero in hac doctrina cõperti sũt adulatores/ambitiosi/& humani fauoris cupidi/mendaces cõfinctoresq; dogmatum/christianæ spoliatores libertatis/& ipsius fidei deniq; extinctores: Verũ audiamus illum. VERBA Mart. Sed dices nunquid subuertes omnium ecclesiarum & monachorũ usum & sensum: quibus per tot sæcula inualuerunt? Respondeo: hoc est quod de captiuitate Babylonica scribere me compulit. ❡ Et rursus. ❡ Iam & alterum scandalum amouendum est. quod multo grandius est & speciosissimum. id est/q̄ missa creditur passim esse sacrificium quod offertur Deo / in quam opinionem & uerba canonis sonare uidentur: ubi dicitur hæc dona/ hæc munera/ hæc sancta sacrificia/& infra. Hanc oblationem. Item clarissime postulatur/ut sit acceptum sacrificium Abel. Inde Christus hostia altaris dicitur. Accedunt his dicta sanctorum patrum: tot exempla: tãtusq; usus per orbem obseruatus. His omnibus quia pertinacissime insederunt: oportet constanter opponere uerba & exẽplum Christi. ❡ O Diabole tu solus uer

ba xp̄i aduertisti & ei⁹ exēplū: q̄ sc̄i p̄res/ueteres/noui/
græci/latini: q̄ sunt: q̄ fuere oēs: hactenus ignorarunt?
Sed suo loco hoc. Rursus eūdē audiam⁹. VERBA
Mart. Nō ē itaqꝫ dubiū Vniuersos hodie sacerdotes &
mōachos cū ep̄is & oib⁹ suis maiorib⁹ esse Idolatras: in
statu piculosissimo agētes: ob hāc Missę seu sacri/seu p
missiōis Dei ignorātiā/abusionē/irrisionē. ¶ O Deū i
mortalē pōt ne esse hoc: ꝙ tu sacerdotes & ep̄os oēs:
maiores/minores: ita dimiseris in idolatriam & menda
ciū: unicū uero Martinū seruaueris ī uero cultu: & sp̄ū
ac ueritate? Mira hęc & magna calamitas ecclesię. Verꝫ
o Martīe. Hāc ignorātiā/abusionē/irrisionē docuerūt
nos Canones maioꝝ: sc̄tōrūqꝫ patrū traditiōes: q dixe
rūt nobis ita se ab Ap̄lis ipsis accepisse: & a sp̄ū.f. sic eē
cōfirmatū. Quid tu ad hęc? VERBA Mart. Quid
ergo dicem⁹ ad Cāonē & authoritates patrū? R̄ndeo.
Si nihil habet̄ qd̄ dicat̄: tutius est oīa negare: q̄ missam
cōcedere opus aut sacrificiū esse. ¶ Audim⁹ uerbū? tu
tius est inq̄t oīa negare. Et qd aliud misero iam restat:
nisi ut clare Christū negGet? Qui.n. christū negat & ho
stiā & sacrificiū/& oblationē esse: an forsan non negat
penitus ipsum Christū? & oēm fructū eius? Sed paulo
post hoc tractabimus. Nūc sequamur quod cœpimus.
Olim qdē hō iste: bestia factus/sed nō tantus draco: cō
tra Tho. & Bonauē. sp̄aliter inuectus: alios qdē patres
ueteres maiore reuerētia (q̄q̄ illa: ut ego noui & iam ip
se lati⁹ cōprobauit: simulatissima) suscipiebat. Nūc ue
ro & p̄res & auos & pauos simul oēs (quos tn̄ initio a
nobis ēt cū exprobratiōe exigebat) postq̄ illi satis supqꝫ
attulim⁹: ita ut uidemus: ipse reiicit dānat & detestat̄.
Nā audiamus qūo eoꝝ sanctitatē excuset, Ac primum

olim de Tho. & Bon. sic ait. VERBA Mart. Sci illi uiri cũ uiderẽt Arist, ab indoctis & xp̃m ignorãtibus in tanta authoritatis ueneratione hri. Ipsi (ut erãt humiles sensu) pia simplicitate sunt secuti: & in errorẽ lapsi cæteris occasio fuerũt tot turbinũ/opinionũ/qõnũ/erroꝝ: sicut in scholasticis uidem⁹. Et digni fuim⁹ q xp̃m reliqm⁹: ut ip̃e quoqꝫ nos derelictos/ẽt per electos suos in occasionẽ daret erroris. Et rursus. Cũ uiderẽt scti dei hoies/idulgẽtias uulgo tm̃ efferri (ut solet uulgo facere sp iudiciũ Paridis & Midę) & nollẽt eas tã uiles credere cępũt uel fingere honestũ & p̃tiosũ eoꝝ fũdamẽtũ &c. ¶ Hacten⁹ igit ex Martiniana hac doctrina: duo de uitis scis didicim⁹. Primũ qdẽ. qd Paulus ꝓpriũ esse puerꝑoꝝ docuit: errare & i errorẽ mittere. Nũc tãdẽ itelligam⁹. nõ min⁹ esse electoꝝ Dei atqꝫ scoꝝ. Vt ex miraculo hui⁹ nouæ theologię: electi cũ puersis: lux cũ tenebris: & xp̃s deniqꝫ cũ Belial: icipiãt couenire. Et tã facile abutat De⁹ electis & scis suis: ut illos in hoc sinat errare: ut p eos errãtes/ẽt alios in errorẽ dimittat. Magnũ sane & admirabile ẽ documẽtũ hoc primũ. Sedꝫ ẽt mai⁹: ꝙ sci adulatores & aurę pplaris captatores ob eã cãm de industria/mẽdacia cõfingũt. Nũ ẽt tertiũ expectam⁹? Immo uir ꝓdig⁹ Blasphẽiaꝝ. & q̃rtũ & qntũ dabit. Audiamus prio hoiem cõq̃rẽtẽ: ꝙ i Missa cõsecratiõis uerba secreto dicãt. VERBA Mar. Quin qd deploram⁹ i hac captiuitate. Oi studio caueť hodie/ne uerba illa xp̃i ullus laicus audiat: q̃si sacratiora: q̃ ut uulgo tradi dẽant. Sic. n. isanim⁹/& uerba cõsecratiõis (ut uocãt) nobis sacerdotib⁹ arrogam⁹ occulte dicẽda: sic tñ/ut ne nobis q̃dẽ ꝓsint. Et paulopost. Videmus ex his q̃ grandi ira Dei

Attẽdę documẽta ex Martini doctrina.

Hic inter laicos & sacerdotes zizania interserit.

fratrũ sit: ut uerba testi huius nos cælarint impii docto res: ac per hoc fidem extinxerunt: quantum in eis fuit. ¶ Num quæso altius ascẽdere hæc potest superbia? Et lingua uirosa: sublimius penetrare? cum etiã Apostolico ordini/atq; culmini (unde hic celebrãdæ missæ ritus quem serpens iste damnat) teste uniuersa ecclesia/& oĩbus sanctis: uel imprimis Augustino ipso: ꝓculdubio deriuauit: nihil parcat? Iacobus. n. hoc præcipue legit̃ tradidisse. Impii ergo extinctoresq; fidei Apostoli sc̃ti: qui hũc nobis ritũ tradiderũt. Impii sancti ipsi docto res: q ab initio susceperunt/obseruarunt/& cõmẽdarunt: sicut ꝑcipue facit Aug. cuius uerba hæc sunt. Ecclesiasticarũ institutionũ quasdã inscriptis: quasdã uero Apostolica traditione per successores in ministerio cõfirmatas accepimus: quasdã uero cõsuetudine roboratas approbauit usus: qbus par ritus/& idẽ pietatis debet̃ affectus. Si. n. attenderimus: cõsuetudines ecclesiæ nõ per scripturas a p̃rib⁹ traditas nihil estimare: q̃tũ religio detrimenti sit latura/intente inspiciẽtibus liq̃do cõstabit. Quæ. n. scriptura salutiferæ crucis signaculo fideles docuit insigniri? uel quę/trifariam digesta super panem & calicem prolixe orationis uel cõsecrationis uerba commendauit? nam non modo quod in euangelio continetur: uel ab Apostolo q̃d est insertum secretis d/icimus: sed & alia plura adiicimus: magnã q̃si uim cõmendatia mysteriis &c. ¶ Quid ergo ad Aug. nisi q; & ille ipius & extinctor fidei isaniuit cũ cæteris? Nã quo nõ penetrat ueneno & morsu/hic serpẽs Regulus? Quippe cõtra B̃tissimas illas spũs sc̃i Primitias: Gl̃iosissimũ mar-

Aug.

Secretis. Nota Martine.

tyrē Dionysiū. Pauli discipulū primariū. Mansuetissi-
mū Pastorē: & Theologū inclytū: ita furiosus assurgit.
Audiāt & obstupescāt pio℞ aures. Reponāt hæc & dis-
secent xpiana corda: qñ in ecclesia Dei īpune dicūtur/
pdicant/inuulgant/adeo sacrilega & pphana. VER-
BA Mart. At dices qd ad Dionysiū dices q̄ sex sacra
enūerat: iter q̄ & ordinē pōit in ecclīastica Hierarchia?
Rñdeo. Scio hūc solū auctorē hri ex antiqs p septena-
rio sacro℞: licet mrimonio omisso senariū tm̄ dederit.
Nihil. n. prsus in reliqs pribus de istis sacris legit: neq̃
sacri noīe censuerūt: quotiēs de his rebus locūti sunt.
Recens. n. est inuentio sacro℞. Atq̃ mihi (ut magis te
merarius sim) in totum displicet: tm̄ tribui (quisqs fue
rit) Dionysio illi. Cū ferme nihil in eo sit solidę erudi-
tionis. Nam ea q̄ in cœlesti Hierarchia de angelis cōmi
niscit: in quo libro sic sudarūt curiosa & supstitiosa in-
genia: qua rogo authoritatē aut rōne pbat? Nō ne oīa
sunt illius meditata: ac ppe somniis simillima: si libere
legas & iudices? In theologia uero mystica quam sic in
flant ignorantissimi quidam Theologistę: pernitiosissi
mus est: plus Platonizans q̄ Christianizans. Ita ut nol
lem fidelem animū his libris operā dare: uel minimam:
Christū ibi adeo nō disces: ut si ēt scias: amittas. Exper
tus loquor. Paulū poti⁹ audiamus: ut Iesum christū &
hūc crucifixū discamus. Hæc. n. est una uita & ueritas.
Hęc scala p quā uenit ad patrē: sicut dicit. Nemo uenit
ad patrē nisi p me. In ecclīastica Hierarchia. quid facit:
nisi q̄ ritus quosdā Ecclesiast. describit ludens allego-
riis suis quas nō pbat? Quale apud nos fecit qui librū

Stulta & īpia cōtra Dionysium.

Nota mendacium quasi legerit oēs sctōs patres.

Somnia Dionysii.

Dionysius pl⁹ Platonizās q̄ christianizās.

Expertus loquor, oportunum uerbū licet non ex aīo tu. n. christū uere amisisti.

ædidit qui rõnale diuinoꝝ dr̃: ociosoꝝ hoium sunt istæ studia allegoriarũ. An putas mihi difficile esse in quælibet re creata allegoriis ludere? Nõ ne Bonauẽ. artes liberales allegorice duxit ad theologiã? Deniq; Gerson Donatũ minorẽ fecit mysticũ Theologũ. mihi nõ fuerit oposum meliorẽ Hierarchiã scribere q̃ Dionysii sit. Cũ ille Papã Cardinales Archiepõs ignorauerit: & epõs fecerit supremũ. Et q̃s tã tenuis ingenii q allegoriis nõ q̃at periclitari? ¶ Sed pgat insanire & furere in maledictis. Et rursus nobis rñdeat. O Martine: nõ ne fuerũt hi Scí Dei? an ergo esse põt/ ꝙ ita uolũtate humana & nõ spũ. s. sint locuti? pſertim tã impie ac ꝓphane: ut eorum/ & doctrina & exẽplo Christus amittaẽ: sicut asseris de Dionysio Btissimo? VERBA Mart. Esto fuerit scí & pio zelo ducti. Quid meã libertatem uexat aliena Sanctitas? Quid me captiuat alienus zelus? Sit scũs & Zelotes quisquis uolet: & quantũ uolet: modo alteri non noceat & libertatem mihi non rapiat.

Melior Dionysio Martinus se teste.

Quid his ampli⁹ desideram⁹? Scitas hoium Martini libertatẽ uexauit: & zelus pius captiuauit illũ. Hoc cõq̃ritẽ: hoc detestaẽ. & iratus uociferaẽ cũ turba sua. Dirũpamus uincula eoꝝ: & ꝓiiciam⁹ a nobis iugũ ipsoꝝ. O assertorẽ ac uẽdicatorẽ inuictissimũ xp̃ianæ libertatis. O nobilẽ/ aduersus scõs Dei triũphatorẽ: statua dignũ & corona sempiterna. O Dei sctõs & electos errantes & in errorem mittẽtes: adulatores/ cõfinctores/ mendaces/ ambitiosos/ & cupidos humanæ gloriæ. Impios extinctores fidei: & in quoꝝ doctrina Xp̃s amittiẽ. O latrones & spoliatores alienæ libertatis. Illi⁹ inq̃ liberta-

tis(ut clamitat corã turba sua Martin⁹)quã i baptismo ꝑ sanguie Iesu xpi accepim⁹. Quę scitas ista ur̃a? Quis iste zelus? & q̃ pi⁹? Si auꝝ aut argẽtũ rape capitale est. Rape xpianã libertatẽ qd erit? Fidẽ extinguere/atq; illud ꝑstare quo amittat̃ xp̃s: qd erit? Qui laque⁹: q̃ furcę: qd̃ suppliciũ tanto crimini futuꝝ sit satis? Aut ergo uos q sci hẽmini/ sci nõ estis: sed ĩprobi ꝑfidi/ac famosi latrones: aut idẽ est scitas / qd̃ perfidia ac latrociniũ: & zelus pius idẽ/qd̃ iniqtas & iniustitia: aut certe Martinus serpens Regulus ac peruersus Sathanas.

O Celũ/o terra/qñ unq̃ obsecro ullũ tp̃s fuit adeo oportunum clamãdi usq; ad sidera? O xp̃ianorũ corda durissima. Hic te Cæsar q̃tis possum uocibus appello. Hic sisto uos Principes & terrarum dños. huc aduoco totius orbis pp̃los/natiões/turbas. Sicubi uiuit aut regnat aut noscit̃/aut unq̃ est intellectus xp̃s. Huc obsecro/sinite ingredi uerba rõnabilis q̃relæ: & iustissimæ indignatiõis. Et qd. n. expectam⁹ ampli⁹? ut Euangelium publice destruat̃? Nã quæ periculosior destructio q̃ sub cõficto Euãgelii zelo solui Euãgeliũ? Enim uero canonicã Iacobi ab Euãgelio exterminare: q̃d est nisi mutilare Euangeliũ? Ecclesiæ oẽm auferre ꝑtãtẽ: q̃d est nisi eneruare uires euãgelii? Auferre a Petro claues atq; primatũ suæ cathedræ ꝑnegare: qd est nisi conculcare euangeliũ? & Dñi nr̃i Iesu Christi uerbũ? Porro sctõꝝ penitus oium. Dico oiu; uere: nõ iã soli⁹ Thomæ aut Bonauẽ. (q̃q̃ id solũ poterat xp̃ianis & eruditis animis aduersus eius ꝑfidiã satis ꝑ testimonio superq; esse) sed oium: Omniũ inquã: qd (Deo gratia est) ipse iam publice ac manifeste confitetur: etiam summorum

Authoris q̃rela ad christianos.

Apoſtolorum: etiam fratris Domini & filii tonitrui, ꝑ cenſura ſua improbare & contemnere. Quid eſt rogo o Chriſtiani: eſt erigere euangelium an potius deſtruere? Inuehi tantis furiis in illos quaſi in raptores & ſpoliatores chriſtianæ libertatis/& ambitionis ſpiritu tyrannidem occupantes: fidei deniq; deſtructores & impios: quid eſt hoc: o ſtulti /o hebetes/o ſine luce: tueri an expugnare & penitus extinguere ſpititum Dei? Audere contra Dionyſium quæ narrauimus modo: quid eſt obſecro? Pauli doctrinam extollere an confundere? Eſt ne ſapientior & Paulo charior diſcipulus Martinus Dionyſio diſcipulo? An hic fortaſſe contra Papiſtas contendit /aut contra Thomaſtros (ut uocat) aut contra antichriſtianos: ſi etiam ſcholæ Chriſti/ſi Pauli diſciplinæ non parcit? An exquirimus ut etiam malis reuerentiam Epiſcopis: propter Dei quam ſuſtinent perſonã: exhibeat. ſi bonos: ſi ſanctos: ſi ipſum Apłoꝝ ſemẽ: imo & ipſos Apłos ita efferate aper monſtroſus de ſylua cõculcare nõ dubitauit? An non uera/nõ cõſpicua: non in ſuis uerbis iam manifeſta affero uobis? O cęcitatem o uaſtitatem: o q̃ fruſtra chriſtiani ſumus & dicimur: quicunq; Chriſti tantas ferimus contumelias. Et quis oculos faſcinat uobis ne uideatis quicunq; ſeducimini miſeri mortales? Quis abducit aures ne ueritatem audiatis? quicunq; putatis diligere iuſtitiam/cum uindictam magis deſideretis? Aliquam ſaltẽ ſpecie doctrinæ uos traheret/aut prudentiæ ſimilitudine deciperet/aut ſaltem fallens hypocrita & ſub ouina pelle contectus lupus / lupi abſconderet feritatem:

Si mali

Si mali si peſſimi ſunt ſacerdotes ac ſacerdotum Principes ut falſa iactati iuſtitia uociferamini. Atq; ut ego (pro me ipſo minimo ſacerdotum reſpondens) nõ nego. Quid tñ: obſecro uos per chriſtum: peccauit chriſtus? Cuius legem deſtruere: cuius diſciplinam opprimere. et tandem omne eius teſtamentum extinguere procuratis? An hoc eſt forſan prauis moribus mederi: adiungere illis inſuper & doctrinã prauam? O qui hæc auditis ac plane agnoſcitis. quis uobis linguam alligat? & os claudit? & cor frigefacit ne clametis ad ſydera? Quid expectatis maiora? Etenim maiora/ut ipſe teſtatur/molitur: & ita maiora: ut præludii loco habeat: & pro nihilo ducat hactenus enarrata. An igitur qui tot præclaras ſanctorum ſententias & optimorum patrum uigilias: tanta lucubratione ac labore congeſtas/ funeſtis non exhorruit dare flãmis/atq; tã ſanctas ueterum Pontificum leges: rapido igni tradere deuorãdas: & adhuc (uel eodem ipſo teſte) nihil penitus egit: ad ea quæ addere animatus eſt. Hunc putamus ab euãgelio ſe continere? aut ſtupidi non intelligimus exuri euãgelium: etiam ſi chartæ maneant: cũ tantam nihilominus uerbis iniuriam inferat ac uiolentiam tam manifeſtam? Immo uero: cur illum ab Euangelii buſto credimus temperare: niſi quia ſub ſimulata Euangelii obſeruantia Euangelium uult deſtruere? Malo equidem totam impius ſcripturam euangelii ſimul igne comburat q̃ ſpiritum & uitam quæ in euangelio continetur extinguat. Verba mea/inquit Dominus: Spiritus & uita ſunt. Quid prodeſt ſeruari chartas & perire ſpiritum?

Scribite Mar. modestias.

Præuidebam ego profecto hanc tempestatem: nimirũ quia digna ad hęc tonitrua præmiserat. Siquidem Anacletum Martyrem beluam: Sed quam? Porcũ. Temerarium/inscium/scœnicum/poeticum nugatorẽ (quãquam sub notarii nomine in iam diu notã hæreticorũ uersutia) appellauit. Leonem primum tam sanctum & eruditum uirum/ambitiosum. Isidorum canem: Thomam: quicquid pessimum est. Deinde Aristotelem/etiam in doctrina sua: bestiã. & alia in hos. & alios indigniora/insolentiora. quæ sola de suis excerpta scriptis haud exiguum uolumen implere possent. Nũc uero uox eius quę modestior mihi uidetur/illa est: omnes qui contra illum sentiunt esse Adulatores/Papistas/Romanistas Antichristianos Perditionis & iniquitatis filios. Nunc demum Græci & Boemi reperti fideles & sine errore: cęteri oẽs penitus. Perfidi. Tyranni Antichristi. Nunc tandem compertum est Romanam Ecclesiam nunquam de fide controuersiam contra quenquam mortalium non omni ueritate & iustitia destitutam/suscepisse: ac potius per Tyrannidem superasse. Quid hoc uerbum tam grãde sibi uult bone Deus? Nisi ꝙ legitima consequentia nobis indicat. Serpentem istum omnium penitus hæreticorum causam atq; errorum colluuiem in se traxisse tanquam in sentinam inexplebilem? Siquidem per omnes historias & consonam omnium assertionem clare constat. Hæresiatcharum/qui presertim famosi sunt habiti: neminem unquam nisi cum Romana Ecclesia contendisse/a qua tandem ueluti a solidissima petra confracti: abiere omnes in pul-

uerem. Hæc tamen palã profert hæc prædicat & in om ne uulgus disseminat unus Martinus: & uiuit. Et hominem terra substinet: & non mouentur in caput eius: & pestiferam illam ceruicem: adeo in sublime erectam certatim omnes gladii mortalium.

Quid ergo frustra gladiũ fertis terræ Principes? An non estis (ut inquit Paulus) ministri Dei? Ego autem adiuro uos quicunq; me audire potestis: qui in hoc agnoscemini si oues Christi eritis, uidelicet si Christi uocem noueritis & audieritis. Adiuro inquã uos in ueritate uerbi Dei: Vos inquã terrę Principes. Ego inquam: qui tamen non sum Papista (ut hoc uerbo insani hominis utar) nisi quatenus christianus sum: & solum christum profiteri desidero: & Mariam matrem. & qui a Christo tantum mercedem spero/ quam ille promeruit: cætera omnia iam recuso: & fastidio: & uelut stercora duco: ut Christum aliquando lucrifaciam. Ego denique quisquis sum: Adiuro uos in domini Dei nostri Iesu Christi nomine: & Mariæ semper uirginis: auferte malum de medio uestri. Eiicite pestem: excutite flammam de sinu. Parcite Christis & Christo Domini. Adorate quod est Dei in illis uel in illo: dignitatem ac potestatem agnoscite/ timete/ honorate. Si detestamini mores: nihil hic cõtendo: nõ excuso: non defendo: ipsi uiderint. Hoc ad uos pertinet: mores eorum si uidetis malos: fugere/ non iudicare: nec uindicare. Domini hoc iudicium hæc uindicta est: Domini est inquam. Hoc ad uos pertinet. parere eorum dictis/ non spernere non uili facere: Christus

Author ad Principes.

ita iubet inquā, ita imperat: quæ dicunt facite / quæ autē faciunt / nolite facere: dixit nolite facere q̄ faciūt: non dixit animaduertite / iudicate / punite: quod antea in ꝓphetis suis manifeste ꝓhibuerat dicens. Nolite tangere
2.Reg.26. christos meos. Temperauit Dauid a Saulis parricidio ꝑsequentis illum ĩ iniuria manifesta. Accipite a scripturis / cur temperauerit: cur quæ alioqui iustissima fuisset abstinuit a uindicta: an non Saul malus? Non iam reprobatus a Deo domino? Non hostis persequens gratis / seruum suum Dauid? Et tamen a cede / quæ sibi quasi diuinitꝰ oblata uidebat͛ / fortissime tēperat. Cur hoc? Ita quippe scriptura inquit. Non extendam (inquit Dauid) manum meam in dominum meum / quia Christus domini est. & alibi de eodem Saule. Et dixit Dauid ad Abisai. Ne interficias eum. Quis enim extendet manū suam in Christum domini & innocens erit? Et dixit Dauid. Viuit dominus quia nisi dominus percusserit eū: aut dies eius uenerit ut moriat͛ / aut in prælium descendens perierit: Propitius mihi sit dominus ne extendam manum meam in Christum domini. Et paulo post: in eos qui insuper uitā eius ac salutem Christi domini nō custodiūt: sic idem sapiens Dauid locutus est: ut ait scriptura. Viuit dominus quoniam filii mortis estis uos q̄a non custodistis: dominum uestrum Christum dn̄i. Nō ergo mores sacerdotum tradunt eos in manus filiorum hominum: Christi enim dn̄i sunt. per mores suos eē nō desinunt: & si illos reprobauerit iudicio suo dominus: quod uel de Iuda ipso diuus Bernardus / clamās contra Martino similes / aperte probat. Erudimini ergo & apprehēdite

prehēdite

hendite disciplinam quidunq; iudicatis terram : Custo dite igitur Christũ domini/ne rei mortis sitis/quia uiuit dñus: uiuit inq̃ dñus sub cuius estis & iudicio & manu. Ego uero ut ad rem redeam : satis manifeste illud mihi uideor consecutus . Hominẽ adeo prophanum ut nemini penitus : siue ueterum auctorum siue recentiorũ: quicquam tribuat quãta uis sanctitate doctrinęq; luce prepolleant : ac si simul omnes ẽt conueniãt / & in unã cõtra illum conspirent doctrinę cõsonantiam: nihilo tñ magis moneatur / extra omnem christianam disceptationem esse penitus constitutum.

QVARTA PARS.

❡Quod positiões eius nõ sunt dignę ulla disputatiõe. Et primo agitur de articulis ab eo positis pro causa sacrilegæ combustionis decretorum Pontificum.

Ostremũ ergo nũc iã relinquit / ut ea q̃ aduersus dei uerbũ / & ecclesiam uniuersam / & oẽs sanctos assidue blasphemat / nulla eẽ disputatione digna ostendã: ac p hoc iniuriam potius authoritati scripturę/ & summi Põt. & totius ecclesie fieri: si pp eiusmodi furias/tam constanter recepta/ & tot seculis citra cõtronersiã custodita / quasi in dubiũ reuocari p disceptationẽ uiderẽt. Id igit curabo tm̃ / ut cũ tales esse insanas eius positiones / quales p̃dico / facile ostẽdero: me ab omni cõtra illũ (qd solũ ago) disputatiõe liberẽ.

❡Primo igit pauca circa tã sacrilegę decretorũ combustionis ab eo ꝑductas causas / afferã : ita enim incipit.

❡Articuli & errores in libris canonici iuris & Põtificii pp quos merito comburendi & uitandi sunt.

PRIMVS

¶ Papa & sui non tenentur pceptis Dei subiecti & obedientes esse.

¶ Nescio siqd mihi supest causæ / cur ulterius uitã ullã uelim uiuere: si tã absonum psuadere possit Martinus mẽdaciũ / uel stultissimis hominibus. scilicet haberi in decretis. Papã nõ eẽ subditum preceptis Dei. Quid. n. si passim ibi nõ legeretur contrarium? Mitto alia pene sine numero / qd obsecro in .c. si Papã. xl. dist. quod inferius hic egregius sycophãta pducit / asseritur? nisi q Papa negligens ac remissus innumerabiles secũ animas in gehẽnam trahit? Num hoc forsan qa nõ alligat preceptis Dei? si non ligat, quomodo erit trãsgressor? si non trãsgressor / uñ punitur in gehẽnam? O furorẽ insanũ: sed audiamus unde hoc extorsit mendacium.

¶ Hãc abominabilẽ doctrinã scribit aperte in. c. solitæ de maior. & ob, ubi uerba Petri qbus dicit. Estote subiecti omni humanæ creaturæ: sic interpretatur. Sanctũ Petrũ nõ suos successores / sꝫ eoꝝ subiectos itellexisse.

Verba Mart.

¶ Profecto & si aliũde probari nõ posset q Papa fateť subiectũ se Dei preceptis: hoc ipso loco & iuxta hunc itellectũ ineuitabiliter pbareť: Papa. n. ideo se nõ teneri illo precepto asserit / qa sub eo nõ cõprehendiť: ac si pro exploratissimo relinquat: se qdem Dei pceptis teneri: quibus tamen Deus teneri illum uelit: sicut sunt omnia generalia precepta decalogi. Hoc uero ideo nõ teneri / qa Deus per illud noluit ipsum comprehendi. Aliud igiť ẽ: Papã dicere. Non teneri se Dei preceptis: qd eẽt cõtumacia & blasfemia itollerabilis. Aliud ideo

se uno aliquo precepto non astringi: q̃a De⁹ nõ p̃cipit hoc illi. An forsitã q̃libet quolibet dei p̃cepto astrĩgit? Adeon forsitan delirabit Martinus ut dicat/ ꝙ qcquid Deus precipit oĩbus p̃cipit? An non credimus? Audiamus illũ. Quippe sp̃ali adnotatione sup isto. c. Aduersus Papã/ his uerbis ĩ imẽsum furiẽs insurgit. VERBA Mart. Vide queso pastorẽ hunc ouiũ Christi: qui interpretaturus uerbũ Dei parat p̃sonarũ d̃rias afferre/ cũ uerbũ Dei nihil æque ĩpugnet atq; respectũ p̃sonaꝝ. Non est enim acceptio personarum apud deum: sed quidquid precipit/ oĩbus precipit: magnis & paruis.

¶ Vide nũc tu quæso lector confusissimum confusoris caput: quicq̃d precipit Deus (inquit) omnibus precipit. Quodcunq; ergo preceptum est uiris: hoc erit & fœminis: quod parentibus: & liberis. quod seruis & dominis. quod coniugatis/ & solutis: quod clericis & laicis: quod diuitibus/ & pauperibus: quod doctis & indoctis: & econuerso: & ita de uariis hoĩum conditionibus: quia. s. nõ est acceptor personarum Deus. O captiuitatẽ uere babilonicã: sunt ne ista digna disputatiõe? Nunquid nõ ecclesia unum corpus in multis mẽbris? Nũq̃d singuloꝝ mẽbroꝝ idẽ officiũ? idem capitis forsitan q̃d pedũ? Ita q̃ppe Martin⁹ docet. sed nõ ita Paul⁹/ q ait. Sicut ĩ uno corpore multa mẽbra hẽm⁹: oĩa aũt mẽbra nõ eũdẽ actũ habẽt: ita multi unũ corp⁹ sum⁹ in xp̃o: singuli aũt alrer alteri⁹ mẽbra &c. Vide igit̃ ĩ qua doctrina cõburit decreta: nõ .n. aliud agit/ nisi ut caput a pedibus hui⁹ corporis quod ẽ ecl̃ia: nõ distinguas: imo uero ut sic distinguas/ ut capiti pedes imperent.

Volo hic q̄q̄ ex ſupuacuo:afferre Aug. authoritatē de doctrina chriſtiana li.iii.ſcio .n. ꝙ nihil / uel de Auguſtino / uel de chriſtiana doctrina pertinet ad Martinū. Attamen propter alios producam. Contra hanc enim ſtupiditatem & ſecordiam: ſic loquitur Auguſtinus. Erit igitur etiam hoc in obſeruationibus intelligendaꝝ ſcripturarum. ut ſciamus. alia omnibus cōmuniter præcipi: alia ſingulis quibuſq; generibus perſonarū. ut non ſolum ad uniuerſū ſtatū ualitudinis: ſed etiā ad ſuā cuiuſq; mēbri ꝓpriā īfirmitatē medicina ꝑtineat. ℂ Quid hic ad Aug. Martine? ipi⁹ erit credo & extinctor fidei: qa non oīa oībus cōuenire docuit. Sed qd ad te ipſum: ac tuā inuictam authoritatē? Tu.n.dicis (ut mox uidebimus) ꝙ Imperator non ligat́ precepto hoc. Ergo Imperator nō ligat́ dei preceptis. aut falſiſſimū ē ꝙ qcq̄d precipit deus oībus precipiat. Elabere hinc anguilla ſi potes. Elabere. Poſtremo. Reſponde adhuc. Illud Petri: ut tu uis ꝑceptū: eſtote ſubiecti omni humanę creaturę. Aut oēs ligat / aut nō. Si oēs / ergo ſūmus Imperator tibi erit ſubiectus / & cuiuis hominū / imo ſeruis ac ſubditis ſuis: & Reges & Duces & Domini terrarū omnes erunt iuxta hanc ſuperſtupendā doctrinā tuam ſubiecti ēt ſuis ſubditis: quoniā in precepto clare dicit́ ſubiecti eſtote omni humanæ creaturę: quis .n. neget & ſubditos eſſe creaturas humanas? Subditi ergo dominis & dn̄i ſubditis ſubiicientur. Quod ſi hæc iniqua peruerſitas. & cōtra omnem ſcripturā / & dei ordinem & ipſam naturam eſt / ut late patet: quid igitur reſtat ad extremam confuſionem oris tui impudentiſſimi? Si

Attendite qui Martinum ſequimini.

uero non ligat omnes. Et non Imperatores: aut Domi
nos: aut Reges: respectu eorum qui subditi sunt: sed
tantum subditos & ideo eximitur ab hoc præcepto Im
perator: & alius quiuis dominus: quanto ergo magis:
o furia eximetur ipse Pontifex qui uere tanto est Impe-
ratore maior: quanto spiritalia tēporalibus præstant?
An uerear ego Cæsarem ne fortasse cum stomacho istā
ueritatem audiat? immo tanto magis te adulatorem
pestiferum contemnet: quanto mauult audire xpi uer-
bum/ q̄ diaboli: & sanctornm illibatam hactenus do-
ctrinam/ q̄ insana dogmata tua seditione plena & scan-
dalo. Audiat ergo mansuetissimus Cæsar. Gregorius Cōburet Gre-
Nazianzenus theologi nomine per excellentiam inter gorii unlumi
Græcos decoratus: ita Imperatoribus cōstantinopolita na.
nis scribit. Suscipitis ne libertatem uerbi? libenter acci
pitis q lex Christi sacerdotali nos subiicit potestati: at-
q3 istis tribunalibus subdit. Dedit enim & nobis pote-
statem/ dedit & principatum multo perfectiorem prin-
cipatibus uestris: aut nunquid iustum uidetur uobis si
cedat spiritus carni/ si a terrenis cœlestia superentur/ &
si diuinis præferantur humana? ℭ Sed uolumus & ali-
um testem grauissimum/ & in cuius corde aureum no-
men Iesu Christi insultum repertum est/ martyrem ēt
sacratissimum Ignatium ꝓducere? Nēpe ita philadel-
phiensibus scribit ex Troia cū uinctus esset ꝑ Iesu xp̄o
ℭ Principes subditi estote Cæsari: milites pricipib⁹: dia Ignatius
coni presbiteris: ut sacrorū administratoribus: presbi-
teri uero & diaconi atq3 omnis clerus: simul cum omni

populo/& militibus atq; principibus/sed & Cęsar: obediat episcopo: Episcopus uero Christo: sicut patri Christus: & ita unitas per omnia seruat᷑. ¶ Quid hic dices arrogantissime hominum? quid in hos sanctos uiros oppones? num ne & eorum uolumina quæ supersunt/damnabis igni/ scelestissime uirorum? Ecquid speras Christianissimum Cęsarem adeo patentes adulationes tuas libētius auditurum/q̃ suscepturum Dei ueritatem per os sanctorum libera uoce in zelo: & spiritu Christi pronuntiatam? Absit tam triste exemplum: ab Augusto tam nobili.

SECVNDVS.

¶ Non est præceptum/sed consilium sancti Petri quando docuit: ut omnes homines essent subiecti. Ibidem.

¶ O confusorem perpetuum & semper temerarium calumniatorem. non ibi negat omnino Papa illud esse præceptum: sed tantum q; non potest omnibus aptari ut præceptum: sicut uerum est & plusquam manifestū. Si enim dicat᷑ subiectos quosq; esse debere omni creaturæ propter Deum: & ita indifferenter accipiatur quasi præceptum: sequitur Babylonica turba & inextricabilis confusio: ut minor maiori: & maior minori: & æqualis æquali: inuicē ex præcepto subiiciantur. Quo stante: si quis mihi forsan imperaret: puta ne illud agerem: ego ei inuicē iperarē: ut ab eo me solueret mādato. Et cum ille mihi: sicut ego illi: obedire teneretur: frustratorium redderemus & eluderemus dictum Dei. Verū

quid nam intendit aliud Martinus? quid aliud facto ipso nobis manifestat? nisi q eludere uult Christi mandatum? Cum enim imperetur ei a Pontifice. Et ipse econtra Pōtifici imperat. damnatur ab eo, & Martinus multo magis damnat eum: excommunicatur/ac maledicitur. Et Martinus eum remaledicit & excommunicat/in ea scilicet quā a Sathana potestatem accepit. O confusionem: o tenebras. Ve uobis qui tantam pestem diutius substinetis. Sed redeo ad propositum.

¶ Non igitur hoc esse potest in uim præcepti sed consilii. Quia (ut recte ibi Papa exponit) humilitatis meritum proposuit Petrus in primis uerbis/non necessitatis præceptum: cum ait: omni humanæ creaturæ. At uero quod sequitur siue Regi tanquam præcellēti &c. Si de subditis Regni loquitur (ut loquitur) quis dubitat in uim præcepti esse? Si uero non de subditis quis etiam dubitat. non esse præceptam subiectionem? An Germanus subditus erit Regi Gallorum: aut econtra: in uim pręcepti? aut Regi Angliæ Gallus? uel ecōtra? Ista nuper in Martiniana doctrina docentur: hæc grauissimæ illæ causæ, cur combusta sunt decreta: sed alia uideamus.

TERTIVS.

¶ Sole significari Papalē/Luna Imperialē/siue secularem potestatem in christiana Republica. Ibidem.

¶ Quid obsecro hic impietatis? si per istam expositionem intelligimus: id quod uerissimum est: & ab omni

bus Sanctis approbatum? Cur non igitur comburis omnia Sanctorum uolumina: ut omnis penitus eorum memoria deleatur? An non est uerum præesse Pontificem principaliter spiritualibus: & solū temporalibus imperatorem? Non est uerum tanto præstare spiritualia temporalibus quanto maius luminare: præstat minori? Non hic certam comparationem facio / ne me calūniator egregius / aut aucupator uerborum temere derideas ut facis: sed de more etiam scripturæ sic loquor/quæ istis comparationibus non ut ad amussim ac regulā/per oīa semper respōdeant: plerūq; utit: qđ latius patet/uel in hoc/cū per brachiū Dei filiū/& p digitu; spiritū sanctū intelligit. Neq; tn̄ ppea blasphemia est intelligenda/ut quanto digitus brachio / tanto spiritus sanctus ipo filio/aut quouis mō minor credi oporteat. Preterea ut magis ac magis confundaris: non ne Christum per solem intelligimus? sicut scriptum est: In sole posuit tabernaculum suum: Si igitur ita Deus communicauit Petro potestatē ut ei singularitatē communicaret & nomen: ut & petra diceretur (ut sancti dicunt) quod & latius probauimus: quid mirum? quid piaculi est furiosissima bestiarum: si per solem spiritali intellectu Papam accipiamus? Deinde nō ne per noctē secularia hui9 mundi: & seculares turbas passim in tota scriptura sancti exponūt? Quid ergo mirandū/si luna cū nocti pręsit: pro seculari decenter accipit dignitate ac potestate/q̄ quasi lucem & influxum suis inferioribus ac subiectis/pro tempore exhibet ac ministrat? O Martine nō

Quo tendat Martinus.

putas intelligamus te? ꝙ uis confundere cum terra cœlum: cum tenebris lucem: & non aliud moliris/q̄ ut insurgat nox aduersus diem: luna aduersus solem contendat: uolens non ab eo lucem accipere: sed econtra dare illi. At deus non sic: non sic deus Martine: nō sic inq̄. Lunā manere lunam oportet: & solem/solem. Luna a sole lucem nō econuerso accipere: a spiritalibus tēporalia regi/ n̄ econtra: siquis aliud tentet/ Dei proculdubio ordinationi resistit. Luna si cōtenderit contra solē: dignam se merito constituit/ ut priuetur luce quam ab eo: quasi precario: mutuaẜ: O bestiæ! ēt nō intelligitis: ꝙ non est consilium/non est prudentia/non est fortitudo/non tandem astutia ulla contra dominum? Verum uolo festiuā hic quandā Martini (ut ipse gloriaẜ) cōtra Papā illusionē afferre. Papæ uerba hæc. Ad firmamentū cœli. i. uniuersalis eccl'iæ: fecit de⁹ duo luminaria magna: idest instituit duas dignitates: quæ sunt pontificalis authoritas/& regalis potestas: sed illa q̄ pręest dieb⁹ idest spiritualibus maior est: q̄ uero carnalibus minor: Et quanta est inter solem & lunam/ tanta inter pontifices & reges dr̄ia cognoscitur. Nota festiuā illusionē Mar

Martinus uero post alias quasdam nugas & mendacia in quibus uiuit. Sic tandem festiue illudens/contra arguit. VERBA Mart. Quid? ꝙ hac ratione sequiẜ Iulium/Augustum & alios Imperatores fuisse i ecclesia quia fuerunt minus lumen ecclesię a deo factum.

¶ O illusionem uere festiuam: q̄ sua uia in illusorem ipsum fœliciter redit. Papa ibi loquitur de dignitate ac po

testate: & Martinus de personis: nihil inter potestatem & personas distinguens: quasi uero potestas minus sit adeo & in ecclesia/siue pp ecclesiam: quia illi in quibus hæc uigeat/in ecclesia nō cōtineant: quia forte idigni sint & infideles. Sed nō dicit Paulus. Non est potestas nisi a Deo? Non docet Petrus. Parendum dñis esse ēt discolis? Nonne oīa quæ a Deo sunt hic/pp ecclesiam sunt? & pp electos ecclesię? Quid ait scriptura? Respectus eius i electos illius: & rursus. Quoniā donū & pax est electis eius. Et ideo imitator egregius Christi Paulus. Omnia (inquit) substineo ppter electos. Ridicula igitur est sequela ista. Iulius & Augustus extra ecclesiā fuerunt: ergo eorum potestas non est a Deo: aut non pertinet ad ecclesiam: etiam si illa fortasse contra ecclesiam abuterentur. Festiua est igitur hæc illusio: quæ illudit authorem suum: sed audiamus festiuiora. VERBA Mart. Et qđ festiuius est. Iulius & Augustus erāt minus lumen/ante q̄ fieret firmamentum/idest ecclesia: immo ante q̄ Christus nasceretur/caput & author huius firmamenti. ❡ Perge Martine sic festiue agere dum festum tuū durat/& hora tua/& potestas tenebrarum. Nam ueniet dies/ueniet inq̄ dies Domini: quī & prope est: quando hic dies qui est ad festum tibi uertetur in diem luctus & amaritudinis. Siccine tu festiue illudis/loquens quicquid in buccam uenit? An non erat ecclesia Dei & Iulii & Augusti tempore? quomodo legis infœlix? nonne Paulus/& omnis scriptura: atq; oēs doctores penitus/ab initio mundi ecclesiam

fuisse testantur? Dices forsan. Papa ibi de christiana loquitur ecclesia quæ post Christi aduētum, siue mortem fuit: Ego uero dico, q nisi sic fingeres, more tuo, nihil tibi superesset quod expugnares, unde referres po modo triumphum. An non Papa Hieremiæ ibi producens exemplum, aperte ostendit: q loquitur de antiquiore ecclesia? Num obsecro decreuisti perpetuo Deo, & hominibus illudere? Sed audiat Cæsar etiam sequentem Martini illusionem: immo uero etiam pestiferam cōtra Deum blasphemiam. VERBA Mart. Potestas Imperatoris nihil pertinet ad ecclesiam: non magis q quæcunq; mundi. Quæ igitur sic, ad ecclesiam pertinebit potestas? Nō pontificia: quam omnino substulit, non regalis: sicut modo affirmat. Quid igitur tutum coram flatu isto Draconis? Quid saluum ab eius ueneno saliuæ? Nunquid non a Deo potestas Imperatoris: ut non sit in ecclesia? ergo forsan a Diabolo. O perfidiam Manicheorum: q si a Deo: ut certe ab illo est omnis potestas: cur non igitur ad ecclesiam pertineat? Quid ait Paulus bonis de principe? Dei enim minister est tibi in bonum! Rursus qd ait malis: Dei enim minister est, uindex in iram, ei qui male agit: quomodo ergo non pertinebit hæc potestas ad ecclesiam? An fortassis non pertineat ad ecclesiam, puniri malos? aut premio affici bonos? Huc certe omnis tua tendit doctrina: ne sit potestas ulla contra malos. Sed aude obsecro Martine, Aude gloriosius excellsiora. Dic etiam clarius, q neque Imperator ipse in ecclesia sit, cum non Ad Rō. 13.

sit in ecclesia eius potestas. Etenim ut supra uidimus personam a potestate non secernis: quia enim Augustus / aut Iulius / in ecclesia non fuerunt: ideo neq; eorum potestatem fuisse argumentatus es: sic ergo nunc argue: cum potestas Cæsaris nō sit in eccl'ia: neq; ipse ēt Cęsar sit. Immo uero satis manifeste ēt Cęsarem ab eccl'ia exterminasti: Cū.n. tui spūs uirtute nō solū pōtificē uerū ēt omnes qui illum / contra te / sequantur tradideris Sathanæ / & Cæsar procul dubio / si Christum sequitur (ut speramus) sequatur hac parte omnino illum: plane consequimur / ꝙ tu etiam Cæsarem cum omni reliquo orbe: preter turbidam nescio quam tuā turbam, Sathanæ tradidisti. Sed cui te ille ob istam gratiam: si sit Christi minister / fidelis / & prudens: tradet? Ipse censeat. Hoc unum ego certo protestari ualeo & si uel qua fallacia aut fuga: uel alia qua uis sorte: Cæsaris manus effugies: manus tamen Dei uiuentis non

Ad heb. 10. euades. Horrendum est autem incidere in manus Dei uiuentis. At longius q̄ uolebam in stultitiis istiusmodi

Audi Mart. occupatus protrhaxi sermonem / quas si expendere singillatim uelim: ætas me procul dubio deficeret. Prosequor reliqua.

QVARTVS.

℄ Papam & eius sedem non teneri subiectos esse conciliis & decretis, c, significasti de elect'.

℄ Laudo

¶ Laudo hic ſolitã uerſutiã: ꝙ ſubdole ea taces q̃ te cõfũdũt. Nã ĩ.c. ſignificaſti: & ĩ quo uis decreto eiuſmodi materiam tractãte / hoc dicitur: ꝙ Papa p q̃cũq; cõcilia non cogitur / quaſi minor poteſtate conciliis : & ita poteſt : pro locis ac temporibus oĩa quæ ad poſitiuum ius pertinent & mutabilia ſunt / pro arbitrio tollere aut mutare / & quomodolibet interpretari / ſicut mutat: & poteſt mutare a ſeipſo ſtatuta : cũ nullus ſibiipſi legem conſtituat : a qua non liceat recedere. At uerò quæ ſemel ſtatuta ſunt ad fidem pertinentia per legitima concilia & authoritate Papę diffinitã: nuſquam leges in decretis ꝙ ea ſint ulteriꝰ ĩ Papæ poteſtate / ſed contrariũ potius : qa ſemel ſpũ.s.inſpirãte deciſa retractari nulla poteſtate poſſunt. Sic.n.ait Zozimus Pontifex in.c, contra.xxv.q.i. ¶ Contra ſtatuta patrum condere aliq̃d uel mutare nec huius quidem ſedis põt auctoritas. ¶ Sic Vrbanus. ¶ Sunt quidam dicentes Ro. Pont. ſemper licuiſſe nouas condere leges quod & nos nõ ſolum non negamus : ſed etiam ualde affirmamus. Sciendum uero ſũmopere eſt : quia inde nouas leges cõdere poteſt: unde euangeliſtæ & prophetæ nequaq̃ dixerũt. Vbi uero aperte Dominus uel eius Apoſtoli & eos ſequentes.ſ.ſententialiter aliquid definierunt : ibi nõ nouam legem Ro.Pont.dare / ſed potius : quod predicatum eſt : uſq; ad animam & ſanguinem confirmare debet. Idẽ Gelaſius. Idem Marcellus. Leo / & alii plurimi paſſim per plurima decreta manifeſtiſſime conteſtanť: hoc Gratianus ipſe decretorum collector manifeſte adnotat in.c,ita dñus: diſt,xix, Et tñ egregius iſte mẽtitor

Siqs ĩ prin. ff. de leg.iii.

tanta impudentia contra hæc adeo patentia & in oīum oculis obuersantia calumniari est ausus.

Negare nõ possumus. si Papa istoꝶ portentorũ author est ipsum esse illum uerum finalem pessimum famosumq; Antichristum: subuertentem orbem totum operationibus erroris sui. id quod impletum.

❧Quis obsecro stultitiã non rideat? quis rabiem non agnoscat? quis demũ blasphemiã nõ perhorrescat? An forsan uidit in scripturis sanctis: Bullã esse signũ certũ quo Antichristi aduentus sit cognoscendus? Quid. n. est quod uelit uidere in scripturis Martinus: & non uideat? presertim post beneficiũ lucis acceptæ per Bullã. Postquã oẽs scripturæ iam illi famulant᷑: ut ꝓbent & testẽtur q̃cunq; uel cogitat furiis agitatus: uel ẽt somniat ingetus. Expectabimus igit᷑/ ut locũ nobis ꝓferat e scripturis: quo suis turbis cõstare faciat. Bullã esse certum atq; infallibile signũ ueri famosi ac finalis Antichristi. Nota ridiculum q̃q̃ etiã blasphemũ.

❧Scd̃o arguit Papã: ꝙ cãs ei nõ reddidit cur ei⁹ dãnauerit articulos: cõtra Petri ac Pauli sñiam: cũ ille dicat. Parati reddere rõnẽ oĩ poscẽti &c. & ille. Ep̃m potentẽ exhortari in doctrina sana: & cõtradicentes arguere. Et addit. obseruatũ hoc esse diligẽtissime in antiq̃s p̃rib⁹: quotiẽs hæreses dãnarẽt: nã neq; Ap̃los q̃cq̃ in suis statuisse cõciliis nisi allegata prius scriptura. Hæc ille. Hinc uero diligẽtem scripturaꝶ ĩspectorẽ/ & obseruatorẽ hystoriarũ licet agnoscere: q̃ñ oĩa per cõtrarium sese habeant. Quid. n. ab Ap̃lis uel rõnis uel scripturæ productum fuit/ cum ita p̃cipientes scripserũt ad ecclesias? Visum est spũi. s. & nobis nihil ultra imponere uobis Secundũ arg.

Act.15. oneris:q̄ hæc necessaria:ut abstineatis uos ab imolatis simulachrorum/& sanguine/& suffocato/& fornicatione:a quibus custodientes uos bene agetis Valete.

¶Heus tu igitur adeo elegãs ac ꝑpetuus mendaciorũ fabricator:ubi hic ulla rõnis aut scripturæ ꝓductio? Fateor anteq̄ hæc decreuissent:aliq̄ inter eos(ut par fuit) collatio ꝑ scripturas præcessit. At uero in ipsa snía:Stultissimũ est cãs eum reposcere:qui sub iudicio est. Alioq illusio plerũq; authoritatis esset: si ꝓ rei ac subditi libidine/sit semꝑ causa reddenda & afferẽda scriptura : cui semper contradiceret. Nota hæc ꝓfecto nimis: & in oĩbus semꝑ obseruata conciliis:,ut fere nunq̄ cã decretis/ aut statutis apposita sit: qđ latius patet ex eorũ gestis. Postremo qd ad rem:ꝗ ait Petrus:paratos nos esse debere reddere rõnem oĩ poscẽti &c? Et qđ Paulus Epm desiderat potentem contradicentes arguere? Cũ tu totiens & argutus ac redargutus semꝑ in peius ꝓfeceris: elatior superbia:contumacior ꝓteruia:rabiosior morsibus:arrogantior petulantia:& furiis incredibilibus agitatior redditus. Quis te possit corrigere:q nulli authoritati:nulli potestati:& toti mundo non cedas? An nõ Paulũ legisti qui iubet eiusmodi tam peruersos suæ dimittẽdos insaniæ ac furori? Et ad Titum/hæreticũ(inquit) hominem post unam & secundã correctiõem de uita : sciens quia subuersus est : qui eiusmodi est & delinquit.cum sit proprio iudicio condemnatus. Grego. etiam lib.ix.epistola.xxxix. Pulchre atq; oportune nos admonet.his penit⁹ uerbis. ¶Qui ligamẽta.S.Ecclesiæ uariis se existimãt conatibus soluere;ac per hoc nec

(Margin notes: Paulus. beside "quit) hominem post unam"; Greg. beside "linquit.cum sit proprio")

absolutionem quam prestat fidelibus ueram putat: si ligaturas eius ueras esse atq; ualere nō æstimat: cōtra eos diutius disputandū non est. quia despiciendi & anathematizandi sunt: ut unde ueritatem se fallere credunt inde in peccatis suis ueraciter ligentur.

Hoc iam diu in Martinum fieri debuit.

Tertiū Arg.

¶ Tertio arrogantissimus & peruersissimus hoīum: Dici non pōt quantis exclamat furiis: Papam & eius Bullam Antichristum & Antichristianam esse: per id ꝙ iubeant oēs libros eius: etiā ubi prædicti errores nō reperirentur: cōburi. Age humiliemur in re incōparabili: & petamus ab eo cur nam obsecro: tu decreta igni tradidisti ubi tam multæ Sanctoꝝ Patrum præclarissimæ sententiæ: & æterna dignæ memoria? Quid.n. egregiū ad Christianos mores/quod ibi ex ueterū authoritate præcellentissimoꝝ doctoꝝ non contineretur? Immo. Heu uastitatē crudelē: quāta Euangelii & scripturæ ibi exēpla/pcepta/& documēta cōgesta erāt? Cur hęc igit tradita igni sunt oia: pp paucos (si mō non manifeste mētireris) errores? Præterea num existimas imprudentissime hominū nihil fuisse ueritatis in tot milibus librorū quos cōburi Paulus iussit? Cur igit iussit cōburi? nisi quia sub ueritatum prætextu: quæ uel ad mores nō ptinerent: uel alibi idonee hrent: nō esse ferēda zizania: & authoꝝ ēt ipsoꝝ memoriā (qd in te puidētissime Papa cōsiderauit) penit⁹ delēdā cēsuit? Hic tñ illud addere libet/Paratus ēt cū Dei grā (ubi op⁹ fuerit) sustinere: ꝙ in uniuersis q̄ legi opib⁹ tuis: nō ē pagina ab errore/aut hæresi: aut scādalo: aut calūnia: aut blasphemia: aut saltē aliq̄ stultitia: & nullius ædificatiōis/doctrina.

Actuū Apost. 19.

Nota Martine & quicūq; eū sequeris.

Quartū arg. ℭ Quarto mirū q̄ ipatienter offenditur/ q̄ Papa ei non declarauit: quisnam suorum articulorum sit hæreticus/ quis erroneus q̄s scandolosus/ siue offensiuus: cum ita respectiue dānati sint. Mirum q̄ insuper contra hoc aduerbium respectiue irascitur & inuehitur: cuius tāta uirtus fuit/ ut per hoc solum Papa fieret Antichrist⁹. Sed audiam⁹ illū: ut si per blasphemiā onerat/ pias aures: saltem eruditas releuet per stultitiā. VERBA Mart. Proinde inuenerunt aduerbium respectiue: & post numeratos articulos/ dicūt alios respectiue hęreticos alios erroneos/ alios scandalosos.

Quare Papa Antichristus.

ℭ Recte hactenus pontificis uerba exposuit. Sed q̄a nihil ęgisset/ nisi struxisset super hoc noua adhuc interpretatione/ calumniā manifestā: ita superiora exponit.

ℭ Quod est dicere, nos putamus aliquos esse hæreticos / alios erroneos / alios scandalosos / sed nescimus / qui / quales / quanti.

ℭ An n̄ magnifice debacchat̄? s; q̄d agat? nisi fingat/ & mordeat q̄ fingit/ ubi figer̄ dētē posset? At post hęc uerbis expostulat grauissimis i cēsura tam sublimi: ut p̄ illo Papa uideat̄ iā mihi tanq̄ lutum platearum. Poscitq; signari certo, qui sint articuli hæretici/ qui scādolosi/ siue offensiui: & qui erronei. Quid ergo? Geremusne morē procacitati suę? sed ad quid? melius est / ut relinquam⁹ ei aliquid ad exercendam rabiem: nam quoad illum pertinet. iam omnes articuli eius dānati: quos sic proterue & pertinaciter etiam audet asserere/ hæretici facti sunt: ut nihil quo ad illum profutura sit eiusmodi uel digestio uel distinctio.

ℭ Quinto

¶ Quinto arguit (et hic admodum erudite) quasi contra extremam bullæ & authoris eius inscitiam: audiamus illum in uerbis suis: ne quis adeo stulta ac ridicula me confixisse merito putare possit. VERBA Mart. Si articulus hæreticus non est / nō potest esse & scādalosus / nisi hæreticis Antichristis & Sathanis pietatis. Nam quod hæreticum non est catholicum est: dicente Christo. Qui non est contra uos / pro uobis est. ¶ Et paulo post. ¶ Vides ergo iterum bullatos meos non posse articulum mihi monstrare: qui erroneus sit & nō hæreticus. ¶ Et addit. ¶ Par sapientia est, Scandalosū eē qui nec hæreticus sit/nec erroneus. Detur obsecro ille: non modo in meis: sed in omnium hominū uerbis & scriptis ab initio mundi usq; in finem. Quis ergo hæc portenta cogitare coegit Papistas meos: nisi inscitia furiosa? ¶ Et post hæc ut furias furiis adderet: & omnibus bonis atq; eruditis stomachum moueret: fastidium atq; tedium intotollerabile, Sic addit. ¶ Idem dicendum erit de offensiuis: nam hos / neq; scandalosos: neq; hæreticos neq; erroneos esse oportet: cum a tātis Papistis distinguantur. Quis ergo non miretur tanta ingenia papistarum? qui inuenire potuerunt offensiuū esse inecclesia: quod tamen nec falsum nec hæreticum nec scandalosum/ sed uerum catholicum & ædificatorium sit &c.

Quintū arg.

Quare Papa hæreticus Antichristus & Sathana.

¶ An obsecro non ualenter ac potener consarcinat / & miro artificio substruit nobis calumnias? qui si omnino cæci & moriones essemus (ut predicat) eo

prestigiis uerborum suorum redigeremur: ut fateremur etiam inuiti / articulum uerum catholicum & aedificatorium esse nihilominus offensiuum. Mira haec esset ac nimis potens magia: quam nobis attulisset ex bulla Martinus. Verum non dum finis mendaciorum & calūniarum: subdit enim tandē in haec uerba.

Attēde furias

¶ Retorqueamus autem impudentiam Antichristi in os eius/ & ex sermonibus ipsiusmet iudicetur: & condēnemus eum: ut discat astutius & meliori memoria mentiri. Oportet enim mēdacem esse memorem: iuxta prouerbium. Si alii sunt articuli offensiui/ & alii haeretici: & tu eum damnas qui non est haereticus: ac per hoc uerus & catholicus: etiam si sit sexcenties offensiuus/ nonne impudens os tuum damnat seipsum: non modo haeresos: sed extremae impietatis & blaspemiae laesaeq; maiestatis in ueritatem diuinam? Ostenditq; te uere esse eum hominem qui aduersatur & extollitur super omne quod dicitur aut colitur Deus: nonne tu es ille homo peccati / & filius perditionis / qui negat Deum emptorem suum / & charitatem ueritatis tollit? ut operationē erroris sui statuat: quo credamus iniquitati / ut Paulus predixit.

Nō consequētias

Attēde inq̄: & horresce christiane homo.

¶ Multa hic loqui uellem / sed uereor ne plurimi me irderent / & mecum etiam Christum. Deus enim ultionum atq; irarum aggrauauit: cor populi sui/ & oculos excaecauit: & occlusit aures: ne uidentes uideant / & audientes non audiant/ & percussi non tangantur dolore: in tot opprobriis & cōtumeliis aduersum dominū

& aduersus Christũ eius. Igitur ad ridiculas eius stultitias missis horribilibus blasphemiis descendo. Hoc in summa eius fundamentum: nullum dari posse ab initio mundi usq; ad consumationem seculi erroneum aut scandalosum articulum: qui & ipse non sit hæreticus. p hoc enim q hæreticus nõ est/catholicus est: & insuper ædificatorius: quia (ait Christus) qui non est contra uos pro uobis est.

¶ Ego uero dum tantam stupiditatem considero: cogito sæpe mecum: num ita ex animo sentiat/ sicut profert: an potius decreuerit irridere / & negocium perpetuum nobis præbere / ad has insanias continue diluendas: sed tandem expectatione frustrabimur illum / & seipsum potius sibi ipsi posthac illudendum dimittemus. Interim ex parte gerentes morem iniquitati suæ.

¶ Primo (quanq̃ ex ipsa uocum ratione / inter hæreticum / erroneum / scandalosum / & offensiuum pateat differentia) tamen propter rudiores/uolo ipse hoc nobis Martinus probet: & seipsum de more confundat: etenim circa conclusionem suam qua per indulgentias: solas canonicas pœnas remitti disserebat: ita tandem a ad Mag. S. P. scripsit.

¶ Interim fateor me dubitare: nec sum hæreticus / si negatiuam teneo / donec determinetur a concilio.

¶ His uerbis manifeste declarat illam positionẽ ante determinationẽ substineri: neq; potuisse hæreticã dici. licet esse posset erronea: quãdo per determinationem reprobari posset: & sic postea non liceret eam defende- Martinus contra se ipsum.

re: non ob aliud quidem: nisi quia facta esset hæretica: quæ prius fuisset duntaxat erronea. Ex quo constat aliquod erroneum & falsum esse: nec tamen hæreticum. Neq; uero negandum: q non omnis positio hæratica continuo facit quenq̃ hæreticũ: nisi adsit pertinacia defendentis: neq; rursus omnis erronea: excusat a labe hęresis si pertinaciter assereretur: etiã q̃cunq; determinaretur ab ecclesia. Satis est autẽ ad propositum nostrũ: q id uere & oportune pbat nobis Martinus: quod iniuria in alios & importune iactat: Oportere mẽdacem esse memorem.

Secundo uolo. Paulus eũ cõfundat. qui ita ad Ro. prudentissime loquitur: etiam contra eos qui fm fidei ueritatem ambulabant: & tñ scandalum ponebãt & offendiculum infirmis fratribus. Omnia quidem sunt munda: sed malũ est homini qui p offendiculũ manducat. Bonũ est nõ manducare carnẽ: & non bibere uinũ: neq; in quo frater tuus offendit. Tu fidẽ quam habes penes temet ipsum habe. Et alibi. Si esca scandalizat fratrem meum: non manducabo carnes in æternum.

Ad Ro. 14.

Ad Cor. 8.

An certi sumus inueniri etiam facta nõ solum dicta fm fidei ueritatem: & tñ scandalosa & offensiua: & consequenter mala: ut sunt nonnullę tuarum positionum? Sed libet hic afferre exemplũ de alio hæretico: qui nuper post alias crudelissimas blasphemias eludẽs fidem Christi: istam posuit.

Cuiusdã hæretici positio.

Nulla propositio est uerior ista. Deus nõ est trinus & unus.

¶ Hæc certe in sensu rigoroso uera est: cum contradic‑toria sua sit falsa / uidelicet aliqua prepositio est uerior ista. Deus non est trinus & unus: si enim aliqua uerior & hæc uera: cum nihil uerius sit falso. Sed ista nõ est uera: ergo nulla uerior. Et ita ludunt hodie bestiæ super Christo impune. quid mirum igitur si surgunt reguli & mordent? Sed ad rem nostram. prędicta positio: etiam si uera sit in sensu rigoroso & proprio: quas tamen pias aures non offenderit? Ecce ergo positiones non hære‑ticas: immo neq; erroneas seu falsas: & tamen ualde scã‑losas & offensiuas.

Cur hæretici nũc mordeãt

¶ Tertio quis non rideat / quod stultissime addis. Papã damnare non posse / quod est offensiuum / licet nõ hæ‑reticum? ac si ad Papam non pertineat prouidere scan‑dalis & offendiculis. Cur autem nos docet Paulus con‑trarium? Nonne ait Paulus. Omnia mihi licent / sed nõ oĩa expediunt? & rursus / oĩa licent / sed non omnia ædifi‑cant. Et tu Martinus ais. q̃cunq; uera / eadẽ ędificatoria. Sed fatuus ego qui super tam fatuis insisto ac laboro. Concludo igitur breuiter. multa uera / tamen scãdalosa & offensiua & non dicenda. Sicut in scripturis frequen‑ter apparet: quis enim probet se se laudantem? quis etiã uituperantem & predicantem peccatum suum non im‑probet: etiam si cum ueritate fiat? sicut scriprum est. Laudet te alienus & non os tuum. & Esaias. Peccatum suum quasi Sodoma predicauernnt: nec absconderũt. Tum multa falsa / non tamen hæretica / neq; fortasse scã‑dalosa / licet erronea: & demum multa erronea / scandalo‑sa & offensiua: non tamen hæretica: quia non certa de‑

Attende stultitiam.

Multa uera tñ offensiua & tacenda.

Multa falsa & erronea, non hæretica neq; scãdalosa.

Multa scãdolosa nõ hæretica.

pu. 27.

Esa. 1.

terminatione reprobata / atque damnata : quod latius uel pueris patere potest . Quod uero ex Euang. producis . Qui non est contra uos / pro uobis est. fatemur: sed offensiua & scãdalosa / pariter ut hæretica: sunt contra nos : & ideo merito damnamus ea & damnata reprobamus .

Sextũ arg.

¶ Sexto arguit his uerbis . In ecclesia solus spiritualis iudicat omnia / & ipse a nemine iudicatur . 1. Cor. 2. Non utiq; solus Papa. aut curia Ro. nisi spirituales sint.

¶ Hæc ratio duo cõcludit: & Martinũ spiritualẽ eẽ / & Papã ñ esse: hinc duo pariter inferũt. Papã a Martino: non Martinum a Papa decere iudicari . Laudo equidẽ animum grandem / & ceruicis altitudinem . Nam quid fuisset eximere tantum se a potestate? Quid etiam rapinę / facere se æqualẽ Papæ? Illud generosissimum. Papã sibi subdere ac iudicio suo / idq; magnificẽtius / ex authoritate Pauli: & qđ est fortius etiam inuito / ipso Paulo: trahendo uiolentissime: quod Paulus manifeste de iudicio prudentiæ siue discretiõis (ut exponit) ꝓfessus est: ad iudicium authoritatis. An non abunde iam certi sumus / ĩ quas tãdem se cogant angustias / qui euitant iudicium? Nam si iudicare nullus potest nisi spirituali / squę rogo iudicia consisterent pręterea? quæ non hoc pretextu declinarentur? quilibet enim facile iudicem / tanq̃ non spiritualem excusaret: & se tanq̃ spiritualem eximeret. Et quis probaret de spiritu? O miserum hominem: & cito expugnandum. Cuius copiæ in tam angusto coguntur .

❡ Septimo in alio nephandissimo eius opere/quod cõ tra priorem bullam in modũ glossematum perpetuis contexuit maledictis: id solum quod ad doctrinam per tinet contra Papam opposuit: quia enim in quoscunq; q publice aut occulte damnatos ei⁹ errores assererent: direxit censuras: ideo Martinus in illum/his uerbis motus est. Septimũ arg:

❡ Omnia occulta iudicia unus moderatur Leo. Atq; d̄ occultis non iudicat ecclesia.

❡ Quis inscitiã adeo rudem ferat? aut super eiusmodi ullam disputatiõem pati possit? Quis enim nesciat ligare ecclesiam & prohibere posse ne quid fiat etiam occulte? ac si contra fiat/quãdocunq; postmodo detecta aut comprehensa fuerint iudicare & animaduertere? neq; per hoc de occultis iudicat ecclesia: idest de his quæ soli Deo & ipsi peccatori tãtum nota sint: quis eiusmodi stultas æquiuocationes/uel in pueris ferendas existimet? Attẽde rudẽ stultitiam.

❡ Octauo ut condiret omnia: ac se suamq; doctrinam sciolis quibusdam/& grãmatistis: quorum egere se patrocinio nouit: conciliaret & commendaret: quibus nihil rectum aut sanctum est/quod non latine aut expolite sit dictum/etiam si catholice & christianissime. Quo nobis certius probaret Papam Antichristum esse dici non potest quantis inuehatur furiis/ꝙ quędam uocabula: ut est illud Respectiue: iuxta consuetum stilum curiæ/in ea bulla non satis latina legãtur. Vitiosam fortassis corã ista turba/per hoc excõmunicationẽ persuadere satagens: ita ut pariter uitiosã uniuersã scripturam Octauũ arg. Quare Papa uerus Antichristus.

nobis reddat: in qua passim uerba leguntur nõ latina. O scripturæ fautorem. qui eam sub regulis donati (ut Gregorii uerbis utar) aut Prisciani cogere uelit. O imitatorem egregium Pauli. quando ille gloriæ sibi ascribat: ꝗ non in persuasibilibus & doctis humanæ sapiẽtiæ uerbis. Dei spiritum ac uirtutem ostenderit: ne euacuaretur gloria crucis Christi. An ergo dubitamus aliud tentare Martinum: qui linguæ istas politias a nobis exigit: q̃ ut crux Christi euacuetur? Vidit enim uulpes, hominum quoddam genus/ Malle hodie Ciceronianũ aut latinum lingua: q̃ pectore esse Christianum: & eloquio præstare: q̃ sapientia. Verum/ o si deceret in eiusmodi uanissimas: & indignissimas graui Theologo descendere contentiunculas: quot locis putas facile tibi ostenderem: uel ego ipse qui in his litteris nihil sum: non solum te minus latine: uerum etiam (quod est turpius) neq; salua Grãmaticæ & recti Sermonis ratiõe locutum esse? At relinquẽda hæc paupertati & angustiæ tuæ. Nisi enim eiusmodi haberes: quid haberes quo aduersarios lacesseres? aut insultares? aut latrares? & unã probares nobis Papam/ Antichristum/ & Papistas esse Antichristianos?

1. Ad Cor. 1. & 2.

SVperest nũc iam ut summã blasphemiarũ suaꝝ: q̃s etiam aduersus Põtificiam sententiam atq; damnationem/ insolentiore perfidia atq; stultioribus nephandioribusq; prohanitatibus defendere & cõmendare audet/ ꝓferamus. Vt noscat uniuersa ecclesia: q̃ horrenda sint quæ defendit: & q̃ non minus ridicula & absurda per quæ defendit.

¶Primus Articulus.

¶Hæretica est sententia/sed usitata. Sacramenta nouę legis gratiam dare his qui non ponunt obicem.

¶Post nephandas in Apost. Sedem irrisiones/hunc articulum his tandem uerbis excusat.

¶Sacra scriptura docet Ro. Pōt. Oē quod nō est ex fide peccatū est: ex quo sequit͛. Sacramēta nouę legis nō dare gratiā incredulis: cū incredulitas sit maximum peccatum & obex crassissimus: sed solum credētibus. Sola enim fides non ponit obicem: cętera omnia sunt obex/etiam si obicem illum nō ponant: quem Sophistæ somniant. De actuali tantum proposito externi peccati.

¶O infelicē qn̄ tandem agnosces cōfusiones tuas? Nā qūo est hæretica snīa. Sacr̄a nouæ legis dare gratiā obicem non ponētibus, per hoc ꝙ nō dant gratiā incredulis? cū increduli ponant obicem: teipso cōfitente? Scio dices. iuxta uestrū intellectum sic locutus sum: quo putatis incredulitatem non esse obicem: ac per eam baptismi gratiam non impediri.

¶Verum esto qđ calūniaris. Nunquid poni sic debuit conclusio ad sensum alienū & prauū? & nō potius ad ꝓprium: in quo nō hęretica est sed uere catholica? ꝙ si cōtra aduersarios (si qui essent) disputare uolebas: ita poteras sine calumnia uerbi ꝓponere. hæretica snīa est incredulos obicē nō ponere. Sin addidisses, etiā usitata, mendaciū ꝓculdubio addidisses. Neminē. n. (constanter dico) ꝓferre potes: qui adeo cōtra Paulū & totam scripturā insaniat: ac nō apte doceat. ad gratiā cōsequēdam per sacr̄a/necessario fidē reqri: ut clare docet Btūs

Stulta æquocatio ac deceptio Mart.

Tho. quē tu maxie psеq̄ris in. 3. par. q. 68. ar. 8. Sed hic est deceptio tua infœlix: quia dicunt: non gratiā conferri: sed characterem imprimi etiam incredulis. quod Btūs Aug. contra Donatistas plenis conuincit argumentorum uoluminib9: & ecclesia statuit: & secuta est oīs schola. En igitur quō tete confundas infœlicissime Magister. Sed ut assiduam operam per nouas ac stultas blasphemias nobis adderes: nouissima tua defensione nūq̄ tibi constans/ita cōcludis: q̄ non sacrā sed fides iustificat: cū scriptum sit. Iustus ex fide uiuit: & nō dicit̄. ex sacramentis. Et Marc. ult. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Et ad Ro. Corde credit̄ ad iustitiā. Et de Abraā qui credidit Deo & reputatū est illi ad iustitiā.

Ad Ro. 1.
Abachuc. 2.
Esa. 28.
Geñ. 15.

¶ Verū audi si cape uis: aut potes. Tria hæc uera sunt. Deus iustificat. Fides iustificat. Sacrā iustificant. Sicut & Faber secat: & manus secat: & serra secat: & si quid lignum disponat quo secet̄/illud quoq; secare dr̄. Deus ipse benedictus tanq̄ author oīs doni & gratiæ solus iustificat: qm̄ solus ē q occidit & uiuere facit. Sacramēta iustificant: qa his mediis saltem uoto susceptis/Deus sapientissimus gratiā dare & iustificare disposuit. Fides iustificat: quia idoneū reddit ad gratiā cōsequendā: tanq̄ dispositionē ad illam inducens. pp quod recte dictum est. Qui crediderit & baptizatus fuerit: ut nō iam solā fidē sufficere intelligamus: per quā disponimur ad gratiam: nisi adsit & mediū in quo ipsam cōseqmur: qd̄ est sacr̄m. Mitto igit̄ rōnē quā addis frustra: qm̄ p eā nihil aliud pbas: nisi q̄ sine fide nō est salus aut iustificatio: q̄si uero hoc ullus neget. Sed hoc amplius exigimus ēt

Deut. 32.

baptismum, quia scriptum est qui crediderit & baptizatus fuerit &c. Nō igitur qui crediderit solū: sed qui ēt baptizatus fuerit. Etiā scriptū est. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spū. s. nō pōt itroire regnū Dei. Etiā scriptū est. Cōsepulti sumus cū illo per baptismū in mortē. Et alias. Cōsepulti Christo in baptismo: in quo & resurrexistis p fidē opationis Dei. Quid est. n. cōsepultos esse cū Christo in mortē? nisi nos pctō mortuos & gratię uiuētes? Quid porro est: hoc esse p baptismū: nisi medio baptismo, quo saluamur: ut manifeste ait Petrus. Baptisma saluos nos facere? Sed uę mihi: q rem idubitatā: & ab oib⁹ sctis & uniuersa ecclia p tot scripturarū testimonia pbatā: q̄si in dubiū reuocare lōgiore disputatiōe pp unius hoīs insanas furias cōtendo. Nā q̄d ēt insanius illa æquiuocatione: quā circa fidei necessitatē passim opponit? Ipse. n. cū deberet docere fidē tm̄ in deū & uerbum Dei esse necessariā. Insup stultissime ac pnitiosissime docet: necessariā esse ēt fidē accedenti ad sacramentum: ut credat omnino: se assequi sacamenti uirtutē: ne Deum (inquit) mendacē existimet: quasi uero nō possit dubitare de effectu sacramenti: absq; eo q̄ de ueritate Dei/quo uis modo dubitet: cū illa dubitatio non ex defectu nisi suo contingat: cum forsitan dubitat: ne satis contritus: aut ut oportet paratus atq; instructus accesserit ad sacramentum: & illis fecerit satis propter quæ Paulus scribit. Probet autem se ipsum homo: & sic de pane illo edat & de calice bibat. & quæ præexigit Deus: ut sic deinde per baptismum & alia sacramenta gratiam infundat. Nec enim qui tantum præsumit

Marc. ulti. | Io. 3. | Ad Ro. 6. | Ad Col. 2. | 1. Petr. 3. | 1. Ad Cor. xi.

de bonitate Dei: ut nulla p̄uia dispositione ad sacramen
tum/ī sola ac Martinianę fidei temeritate confidat/uera
cem illum facit/sed mendacem potius. Neq; rursus qui
trepidet ne satis paratus ut oportet accedat: nec tamen
propterea minus de misericordia Dei cōfidat: indignū
se facit sacramēti uirtute: neq; Deū mendacē/ sed poti⁹
seipsū fatetur: neq; de Deo/sed de seipso diffidit. Immo
hoc signum certissimū est plerūq; bonæ mentis ibi cul
pam timere (ut ait Greg.) ubi culpa non est. Qui enim
Greg. ita dubitat: non de ipso Deo/ aut eius ueritate uerbi/ du
bitat: sed de seipso & sui ipsius malitia. Nūquid ergo su
per his/ ne puero quidem ferendis stultiis disputan
dum est? absit. ¶ Secundus

¶ In puero post baptismum negare remanēs peccatū: est Paulum & Christum simul conculcare.

¶ Tertius.

¶ Fomes peccati etiam si nullum adsit peccatū actuale morat̃ exeuntem a corpore animam ab ingressu cœli.

¶ Quartus.

¶ Imperfecta charitas morituri secum fert necessario magnum timorem: qui se solo satis est facere pœnā purgatorii: & impedit introitum regni.

¶ Primi articuli fundamētū hoc est in summa. Fomes est peccatū: fomes aūt post baptimū remanet: ergo &c. Secundi uero & tertii articuli fundamentum est. Peccatum remanens post baptismum coinquinat & charitatem imperfectam reddit: cum omne peccatum coinq̄net & ip̄fectū cōstituat hominē sed nihil coiq̄natū intrabit siue imperfectum charitate: ergo &c. Huc redeunt.

oia

omnia eius argumenta seu stultitiæ potius. Verum anteq̃ respondeam ad leuia hæc & mira & noua/ & falsa: quæ potius tanq̃ leuia contemnenda essent. De scripturis primo producam ꝙ omne penitus tollit & extinguitur per baptisma peccatũ: ut nihil penitus impediat ingressum cœli. Deinde per dicta sanctoꝝ plurima: nõ tamen omnia: quæ maximũ tomum sola cõficerent: idipsum cõuincam: Christus ait, de baptizato: ut sctī doct. intelligũt. Qui lotus est mũdus est totus. Si totus mũdus: quõ igitur peccatũ ullum remanet aut peccati macula? Christus dicit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spũ. s. non põt introire regnum Dei. Si igit sit renatus ex aqua & spũ. s. ꝓculdubio regnũ Dei intrabit, ita innuit Christus. Et Martinus cõtradicit: qm̃ obstat peccatũm inquit. Quis est igitur qui Christũ cõculcat? Sed quid ait Paulus/ in quo adeo in immẽsum gloriat Martinus? Non sicut delictum/ ita & donum: si. n. unius delicto multi mortui sunt: multo magis gratia Dei & donum in gratia unius hois Iesu Christi/ in multis abũdauit: & non sicut per unum peccatum/ ita & donum: Nã iudicium ex uno in cõdemnationem: Gratia autem ex multis in iustificationem. Si. n. unius delicto mors regnauit per unum: multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes in uita/ regnabũt per unum Iesum Christum. Quis est ergo qui Paulum cõculcat? Paulus ait. Abundantior est lõge: gratia nr̃a & iustificatio per Christum: q̃ ira & damnatio per Adam. Et Martinus ait, ꝙ iustificatio ex baptismo per Christũ non aufert peccatum quod introductum est per Adã

Io. 13.
Io. 3.
Ad Ro. 5.

&no cõtinuo referat cœlum quod clausit Adam. Vbi ergo abũdãtia ista gratiæ Christi? O uanissime hoĩum, quãdo desines gloriari in doctrina Pauli? Præterea nõne uirtus baptismi figurat̃ p aquas rubri Maris, ut oẽs consentiunt: ut sicut ægyptii ibi in aquis maris extincti sunt: ita etiã in aquis baptismi extinguant̃ peccata? De
Exo.xiiii. niq; quid ait scriptura? Fugientibus ægyptiis occurrerunt aquę & inuoluit eos dñs in mediis fluctib⁹/reuersæq; sunt aquæ/ & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis: qui sequentes ingressi fuerãt mare: nec unus qdem ex eis superfuit: Audin Martine ꝙ nec unus quidem superfuit? cur igit̃ tu cõtra scripturã: ꝙ aqua non mundat & non tollit oĩa peccata? Rursus
4.Reg.5. quid ait etiã scriptura de Namaã syro? nõne ꝙ p aquas Iordanis penitus est mundatus a lepra? & ꝙ caro eius restituta est sicut caro paruuli? Quid itẽ Propheta in-
Ezzech.36. quit? Effundam super eos aquam mundam. qũo mun-
1.ad Cor.6. dam? nisi quia mũdat/sanat/sanctificat/iustificat: ut ait Paul. Sed abluti estis: sanctificati estis: iustificati estis? Et ut clarius loqueret̃ addit. Effundã super uos aquã mundã: & mundabimini ab omnibus inquinamẽtis uestris. Audin ergo infœlix Martine, ꝙ per aquam ab omnibus inquinamẽtis mundamur in spiritu sancto? Vbi ergo est coinquinationis impedimentum ab ingressu cœli quod tu fingis? Quid ait rursus Euangelium? Factum est aũt cum baptizaretur omnis populus: & Iesu
Lucæ.3. baptizante & orante/apertum est cœlum. Cur hic cœlum apertum? nisi ꝙ in uirtute baptismi sola per Iesum Christum cœlũ confestim aperitur? Si aperit̃ cœlũ: qd

ergo obstat ad eius ingressum? At forsan nō sic intellexerunt semp sancti doctores? aut forsan non sic semper uniuersa ecclesia docuit? Immo qd ait Augustin9? hæc ad uerbū. Renati ex aqua & spū. s. oibusq; peccatis siue originis ex Adā: in quo oēs peccauerunt: siue factorū dictorū cogitationumq; nostrarū in illius lauacri mundatione deletis: tñ qa manemus in hac uita humana q̄ est tentatio super terrā, merito dicimus. Dimitte nobis debita nr̄a: in hāc snīam in lib. de Baptismo paruulorū: & infinitis pene locis scribit. quæ tædiū est & superuacuum referre. Gregorius uero sic ait. ¶ Qui dicit in baptismo funditus peccata nō dimitti: dicat in mari rubro ægyptios nō ueraciter mortuos. Si autem fatetur ægyptios ueraciter mortuos fateatur necesse est peccata in baptismo funditus mori. q̄a nimirum plus ualet in nostra absolutione ueritas: q̄ umbra ueritatis. ¶ Disputabo ne igitur cū homine qui necesse habeat negare ægyptios mortuos in mari rubro? Et rursus Gregorius. ¶ Si peccata in baptismate funditus minime dimittuntur: quomodo is qui lotus est mūdus est totus? Totus enim mundus dici nō potest cui de peccato aliquid remansit. Sed nemo resistit uoci ueritatis. Quæ ait. Qui lotus est mundus est totus. ¶ Quid Ambrosius aliud agit in libello suo de sacris? nisi q̄ istā blasphemiā cōfutat multis modis? Sed nolo esse scripturam: nolo astipulari oēs Doct. huic ueritati. Nihil ualeat ecclesiæ authoritas. Nonne obsecro hoc solum ad persuasionem posset/quod Paulus dicebat. Multo magis posse Christum ad iustificationem: q̄ Adā ad damnatiōem? nōne

Aug. epla. 57.

Greg. epla. 39

Absurditas hæresis Martinianæ.

per istius hominis blasphemiam extenuatur misericordia Christi & charitas? At nunc iam uideamus in quantis peccet per istam crudelitatem insanus homo.

Stulticiæ eiusdem.

℄ Primo/unde omnis error contendit fomitẽ esse peccatum. At respondeat si fomes peccatum est: quęro cuius est? nunquid eius qui illum gerit? sed quomodo cum omne peccatum sit uoluntarium? nunquid ergo peccamus inuiti? hoc explicite Martinus fatetur. Inuitos peccare. quod est contra ipsam peccati rationem. Si uero habens fomitem / non sit ipse huius author: cur punitur? Nunquid iniqus Deus / qui in me punit quod ex uitio meo non est/sed ipsius naturæ? presertim cum & hoc sit contra uoluntatem meam? Quæ mens iustitiæ capax & æquitatis / istam in Deo crudelitatem recipiat? ℄ Secundo tu ipse fateris per baptismum quodlibet peccatũ quantum ad reatum dimitti: item ꝙ peccatum post baptismum non nocet. Sed quomodo hoc: si pœna manet qua remoramur ab ingressu cœli? Nunquid hic sexcentas glossas / quibus tibi est opus/morari possim? Immo nihil audiã te posthac. Scribe ut lubet: ꝑcipitare quo libet: saturare quantum sat erit (si modo unq̄ sat erit tibi blasphemiis. Ego Deo causam iam cõmitto. Docet me Paulus. Vos/tale hominũ genus qđ assidue in peius proficiatis: duritiæ suæ post secundam correctionem dimittendos. ℄ Tertio quid hoc ridiculi est quid addis. habere fomitem/est facere malũ / & nõ peccatũ? Quis facit malũ sine peccato. ut etiam puniat? Proinde quod malum fecit puer aut dormiens: cũ uterq; fomitem habeat? Recordare saltem alterius

Ad Ti. 3

tuæ

tuæ stultitiæ contra hãc/ qñ olim dixisti. Dormiẽtẽ im/pleri bonis actibus a Deo. ℭ Quarto q̇d hoc est mise ri diffugii? Ais.n.tandem. Baptismo peccata oĩa dimit ti/sed nullũ tolli/imo oĩa remanere.id quod nos fefellit iniq̃s qui remissionẽ intelleximꝰ omnimodã expurga/tionẽ.Fefellit igiť nos Io.Baptista:q Xp̃ũ uocat Agnũ Dei/nõ solũ remittẽtẽ/uerũ ẽt tollentẽ peccata mundi. Fefellit nos Euãgeliũ & oĩs scriptura:ut supra uidimus. Fefellit nos Aug.qui dixit deleri: Greg. qui dixit mori funditꝰ omnia peccata. Et rursus Aug:& alii qui dicũt. abstergi / mundari/aboleri/extingui: & huiusmodi uir/tutis uocabulis passim utunť. ℭ Quinto ais fomitis peccatum actuale esse.p fomitẽ igitur uel ego actualiter peccabo/qui illũ habeo:q̇d tñ tu negas/ut uidimus:uel Adam actualiter continue in omnibus peccat homini/bus ẽt nũc in paradiso:quo quid magis ridiculum? Io:1:

ℭ Igiť ut ex ueritatis luce mẽdacioꝝ tenebræ in oculis oĩum appareř ualeãt:qa ex cõfusiõe sua Babylonica oĩs eiꝰ error ꝓcedit:ideo ex distĩctiõe/erroꝝ detectio fiet. Multis ꝑfecto modis in scripturis sãctis accipi peccatũ certũ ẽ. ℭ Primo q̇dẽ & magis ꝓprie ac freq̃nter pro ipso actu peccati.ut ab Aug. definiť. Peccatũ ẽe dictũ uel factũ/uel concupitum contra legem ęternam:ita su mitur cum diciť:quasi peccatũ ariolãdi est repugnare: & quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere. ℭ Secũdo accipiť peccatum ꝓ macula q̃ ex peccato superest. Vt apud Esaiam cũ dicit. Si fuerint peccata uestra sicut coc cinum uelut nix dealbabũť. Cui.n. dubiũ ꝙ ibi d̃ actu ipso peccati loqui propheta non põt / qui iam transiit? Aug. 1.Reg.15. Esa.1.

De maculis ergo loquitur/ q̄ p metaphoram interdum cōparant̃ coccino & uermiculis::qa uarię culpæ/uarias quoq; maculas afferunt. Dicūt̃ aūt dealbati quasi nix: qm̄ Dei gr̄a reuertēte / nitor tanq̄ candidus atq; decor puritatis animę reddit̃. ℭ Tertio/& hoc lōge freq̄nti⁹/ peccatū pro reatu accipit̃:idest pro ipsa obligatione ad pœnā:sicut ibi. Peccatū tuū in foribus aderit. Et ibi. Si

Gen.4.
Eccl.3.

cut in sereno glacies soluent̃ peccata tua. Et hoc est qđ solet. dici dimitti/solui/extingui peccatū:nō actum.s.illū peccādi q trāsiit & extinct⁹ ē: sed peccati uincula:de quib⁹ dicit̃. Dirupisti uincula mea. Et alibi. Funes peccatorꝝ circūplexi sūt me. Atq; alibi. Funibus peccatorū suorꝝ quisq; cōstringit̃. ℭ Quarto accipit̃ peccatū p nuda peccati pœna / ut in hūc sensum locutus uidetur Nathā ad Dauid. Dn̄us trāstulit peccatū tuū. Quid.n. transtulit aliud ibi dn̄us/ nisi pœnā peccato debitā? qđ ibi declaratur / cum subditur. Non morieris &c.

ps.115.
ps.118.
Prou.5.
2.Reg.12.

ℭ Quinto sumit̃ pro quodā quasi principio seu radice peccati:uel potētia siue pronitate ad peccādū. Et ita dicit Paulus. Habitare in nobis peccatū/idest pronitatem ad peccatū & ad mortē: hoc ē peccatū illud (pter id q̄ filii irę facti sumus) qđ in mūdum intrauit:qua pronitas ista ad peccādū successit post peccatū parentum: ex de ordinatiōe uirium inferiorū ac repugnātia aduersus spiritū atq; mētem/sublata originali iustitia. Hāc repugnātiā uocat Paulus/modo peccatū/modo legē peccati modo carnē peccati/modo corpus mortis. Et iō dicit. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Et respondet, Gratia Dn̄i nr̄i Iesu Christi. Ita intelligitur dictum

Ad Ro.7.
Ad Ro.7.
Io.8.

eiusdē dñi Iesu. Qui facit peccatū/ seruus est peccati.i. Io.8.
aīa cōsētiēs peccato. cū ei grā subtrahaẗ:o; ut peccato
suiat.i.cōcupiscētiæ siue carni/ aut legi carnis: qm̄ sola
gratia liberat nos ab hac lege carnis/siue peccati/ nō ita
quidē ut nō sit:& per aduentum grǣ cesset illa: sed qa
nō dominaẗ nō regnat cū ei nō obediamus. Hoc est qđ Ad Ro.
Paulus admonet. Nō regnet peccatū in uestro mortali
corpore ut obediatis cōcupiscēetiis eius. Quomodo.n.
peccatū cōcupiscit: nisi intelligaẗ per peccatū ipsa caro
peccati/& lex atq; radix/uñ peccatū oriẗ ubi foueẗ ac ui
get/si illi obediam⁹? Per hæc igiẗ patere possūt stultitię
hoīs:q ī seipso cōfusus & uarias istas acceptiones igno-
rās/eo prolapsus est:ut nō ītellexerit Pauli & scripturæ
morē/ uarie peccatū accipiēdo: sicut ēt. Hęc uox. Cōcu-
piscētia/ñ solū accipiẗ ꝓ actu cōcupiscēdi: uerū ꝓ ipsa le
ge seu carne cōcupiscētiæ. Vt est apud Iac. Cōcupiscen-
tia cū cōceperit parit peccatū. Peccatum uero cum con-
sumatū fuerit/generat mortem. Concipit.n.tunc cōcu Ia.1.
piscētia cū ī actū prodit & uolūtati iūgitur:tūc.n.iā pec
catū parit:cū uero cōsumatū fuerit peccatū (qđ tūc est:
qñ plen⁹ adhibeẗ cōsēsus ī eo ī quo auertimur a fine ue
ro & supremo: q ē Deus:& cōuertimur ad finē falsum:
q ē creatura) parit mortē. Fomes igiẗ/id qđ uel ipsa uo-
cis uirt⁹ ostēdit/ ē poti⁹ nutrimētū/uel icitamētū & q̄si
principiū/ uñ exit peccatū/& non uere peccatū actuale.
Atq Paul⁹ uocat peccatū. S; cogimur sane ītelligere ex Absurda q̄ se-
circūstātiis/ex ui ipa ueritatis. Primo: ex eo ꝙ idē Paul⁹ cūẗ opinātes
seipsum declarat. uocans eundem fomitē legē carnis: fomitem esse
uł legē peccati. Secūdo ex eo ꝙ plurima cōtra scripturā uere actuale peccatum:

ſequerentur abſurda/uidelicet q baptiſmus non abſor
beret oia pctã: cum fomes nõ auferat baptiſmo: & alia
inopinabilia ſtulta in q̃ Martinus (ut uidimus) deſcen
dit. Tertio quia hoc eſſet contra rõnem: cũ peccatũ nõ
ſit niſi uoluntariũ: fomitem uero uel inuiti habeamus.
Quarto qa ſequeret crudelitas inopinabilis cõtra Deũ
ac Dei miſericordiã: non ſolũ ad extenuationẽ gratiæ
cõparatæ p Ieſum Chriſtũ nobis: & annihilationẽ pre-
tii ſanguinis eius: uerũ etiã ad oſtentationẽ quaſi iniu-
ſtitiæ diuinæ: & qua puniret Deus in me: qđ ex me nõ
eſt: immo etiam inuito me eſt. Quis ferat hæc in Deo?
Quinto/ut ẽt dixi/uis ipſa uocabuli nobis oſtendit. Fo
mes. n. cũ quoddã incitamentum ſit & nutrimẽtum ad
peccatũ. iam diſtinctio naſcit inter peccatũ & nutrimẽ
tum eius. q ſi ptinax eſſe uelit Martinus. & qa Paulus
Peccatũ appellat: uere peccatum eſſe actuale & pœna
dignum: contendere pergat. neq; acquieſcere uelit ſcri-
pturis hoc declarantibus & Sanctis Doctoribus: Pote
rit pari quoq; pertinacia defendere perfidiã Iudaicam.
Chriſtũ eſſe uere ac merito maledictũ. quia ſcriptũ eſt.
Deut. 21. Maledictus homo qui pependit in ligno. qđ ad Chri-
Ad Gal. 3. ſtum (ut Paulus declarat) refertur. Rurſus contendat
Chriſtianũ & Sanctum eſſe / habere odio peccatorẽ &
iniquũ: cum ſcriptum ſit. Iniquos odio habui. Et alibi.
ps. 118. ne ſuſcipias peccatorẽ. Et nolit ſequi Sanctoꝝ doctri-
nam. qua per iniquos/iniquitatẽ: & per peccatorẽ/pec-
catum eſſe audiendum/docent. Ita. n. faciens: ut teſtat
Aug. Aug. lib. 3. de doctrina chriſtiana. Per eiuſmodi exẽpla
ad ſcripturarum ſincerum ſanumq; intellectum nõ per-

tinet. Sed lõgius hic q̃ uolebã: ne imperiti his confusionibus deciperentur: ꝑtraxi sermonẽ. Nũc ad reliquos procedo articulos.

ℂ Quintus.

ℂ Tres esse partes pœnitentię: contritionem: cõfessionem / satisfactionẽ. nõ est fundamentũ in scriptura / nec in antiquis sanctis Christianis doct.

ℂ Hunc articulum tandem post maledicta sic defẽdit.

ℂ Mea sententia fuit & hæc est. Satisfactionem eã quã claues q̃ant tollere / ñ eẽ diuini iuris: sin esset / non posse eam tolli per claues. Siquid aliud mihi hoc articulo isti bullatores imponunt / suo more faciunt. Quid enim refert si Antichristus mentiatur?

ℂ Vere non possum desinere admirari imprudẽtiã frõtis tuæ: ut nihil pudeat sic exponere Articulum. ut uerba nihil expositioni cõueniãt. Vere nihil mirũ si Antichristus mentiat̃ / & milies sibi cõtradicat. De articulo autem ipso alio / opere nostro latius. Nota uerba ꝑclara.

ℂ Sextus.

ℂ Contritio q̃ paratur per discussionẽ / collectionẽ / detestationem peccatoꝝ / grauitatẽ / multitudinẽ fœditatem / amissionẽ ęternæ beat. ac ęternæ damnationis acquisitionẽ: hæc contritio facit hypocritã & peccatorẽ.

ℂ Sensit & hic tandem stultiam suam: unde simili tergiuersatione defendit. his uerbis.

ℂ Proh incredibilẽ cęcitatem & inscitiam bullaꝝ istaꝝ. Meus est certe articulus & christianissimus: quem mihi innumerabilibus Papis ac Papistis nõ patiar extorq̃ri. Nota modestia Martini. Hoc. n. ea doctrina egi: Pœnitentiam nullius esse mo-

menti / nisi in fide & charitate fieret.

¶ Tuus certe est hic articulus & hæreticissimus/quem innumerabilibus foliis ac uerbosis maledictis non patiemur ut contegas. Quis enim dubitet non esse perfectam uel acceptam Deo pœnitentiam quæ ad amorē ex diuina gratia non peruenerit? sed manserit in timore seruili? sed q̄ per timorem non plerunq; compareet: sicut articuli istius uerbis accipitur: hæreticum est perniciosum & insanum asserere cōtra scripturā / contra ecclesiam / contra ordinem naturæ / & doctrinā omnium sanctorum / & deniq; euidentissimam experientiam: sicut alias q̄ latissime alio opere disputaui: ut propterea

Aug. sup ps 149. dixerit Augustinus. Charitas foras mittit timorem/qa timor tormentum habet. Et tamen nisi in timore incipiat homo Deum colere / non perueniet ad amorem.

Aug. Epla. 50. Et alibi in Epistolis. Proponunt nobis quidam sententiā secularis authoris qui dixit. Pudore & liberalitate liberos retinere satius esse credo q̄ metu. Hoc quidem uernm est. Sed sicut meliores sunt quos dirigit amor: ita plures sunt quos corrigit timor.

¶ Septimus.

¶ Verissimum est prouerbium omni doctrina de contritionib⁹ hucusq; data prestantius. Optima pœnitentia / noua uita.

¶ Latent insidiæ in hoc prouerbio: quoniam ad contemptum confessionis & contritionis inductum est / a Martino. ut ipsemet declarat: unde hæreticum & perniciosum esse quatenus huc tendat/ex disputatis latissime constat.

¶ Octauus.

¶ Nullo modo p̄sumas confiteri uenialia peccata / sed nec omnia mortalia/quia impossibile est ut omnia mortalia: cognoscas. Vnde in primitiua ecclesia solū manifeste mortalia confitebantur.

¶ Quia stultitiis stultitias addit, nō pretermittam stultam ac nouam eius cauillationem qua tuetur primā huius articuli partē. VERBA Mart. Nonne ipsimet dicunt unanimiter / uenialia non pertinere ad confessionem? cur ego sua propria dānat propter me?

¶ Magna certe & icredibilis hinc stupiditas hōis apparet: si non potius ex industria / coactus angustiis falsitatis / in tam stulta se se precipitem dedat. Omnes uere unanimiter fatentur: ex ui precepti neminem teneri: ut uenalia confiteatur. Nullus tamen adeo pernitiose blasphemat / ut prohibeat quenq̄ confiteri illa: sicut tu facis. Immo etiam omnes unanimiter hortantur ad horum confessionem / ꝙ fructuosum sit ea confiteri & nō negligere. Dimittere uero & contemnere/ualde ex plurimis causis periculosum. Quis igit̄ non te rideat Martine infoelix? qui ita arguas. Id circo nullo modo presumendum esse uenialia confiteri/qa nemo ad hoc astringitur: quasi uero nihil boni sit faciendum / ad quod ui precepti non astringamur. quis igitur uirginitatem aut continentiam iuxta istam doctrinam non temere secutus fuit? cum ad illā astringatur nemo p̄cepti unculo? & ita de cęteris bonis ad q̄ p̄cepta nō sunt/ sed hortamēta: ut ē illud. uade & uēde oīa q̄ habes & da paupib9: &

Obsecro lector. Hic si uis agnoscere potes Martini stupiditatē.

Nota doctrinā Martini q illū doctum putas.

Math .19.

seq̄re me. Sunt ne ferenda errata tã patentia ét pueris? Sed uideamus quibus tandem diffugiis excusat secundam partem articuli: De mortalibus nõ nisi manifestis confessione purgandis. VERBA Martini. Fuisse in primitiua ecclesia solum manifeste mortalia confessionibus tractata: satis probant epistolæ Pauli: Patrum præcepta/& historiæ: quas si Bulla tam impudenter dãnare audet: suo genio digna facit. ¶ Idem in defensione sua contra Eccium/sic ait. ¶ Dico ergo. Confessio illa quæ nunc agitur occulte in aurem: nullo potest iure diuino probari: nec ita fiebat primitus: sed publica illa: quam Christus Matth. 18. docet. Si peccauerit in te frater tuus. Et Paulus. aduersus præsbyterum accusationem. Tunc enim testibus & accusatoribus crimina examinabantur (sicut supra ex Cypriano adduxi) donec confiteretur conuictus. Hæc inq̄ confessio est diuini iuris/ab Apostolis & sequentibus seruata: de qua scribunt Patres per Eccium nihil intelligentem inducti.

Vide ut audacter mentit.

¶ Quid hic disputem aut laborem frustra? cum ita ridicule tractet scripturas. Vt quod Dñs in euãgelio ad fraternam correctiõem ĩducit. Iste nouus noster Theologus ad confessionem trahat? Ac rursus uiolentam cõfessionem: neq; ullo modo sacramentalem: cum spõtanea & sacramentali confundat? Stultus uere nimis qui substineat super his disputationẽ. Nam quomodo expugnari possit homo tantæ frõtis: qui nõ dubitet asserere. Patres locutos fuisse de illa tantum publica confessione qua conuicti rei criminum confitebantur? Sed qd iam non substinebit, Si per Patres/quos uoluerit/intellexe-

rit hæreticos? aut si Patrum uolumina more hæretico-
rum quasi apochrypha sua temeritate audeat reiicere?
Nam obsecro audiamus. quid in infandissimo opuscu-
lo: quod de ratione confitendi inscripsit: quia ex Patrũ
authoritate: & presertim Augustini confundebat: tan-
dem euomere: post plurima eius contra ecclesię & San-
ctorum Patrum doctrinam/infanda dogmata: coactus
est. VERBA Martini. Contra hæc nihil moueat
quod in decretis &.4. Sentẽtiarum aliter tractetur ista
materia. Plena sunt omnia commentis humanis. Nec
mirum: quoniam sumpserunt sua omnia ex libello quo
dam apochrypho & indocto: qui de uera & falsa pœni
tentia. Beato Augustino inscriptus/ ubiq; mentito titu
lo celebratur. ¶ En quo se deniq; redigunt hæretici: ut
eneruantes omnem ecclesiæ authoritatem: ne tamẽ in-
uidiam in turba sua per sanctorum existimationem in-
currant: eorum opera ridiculo commento/perinde atq;
apochrypha: infœlicissime excusent. Verum ut me ab
eius iniquitatibus absoluam. (Nolo enim sic de aliis fa
ciat Patribus quos producerem: qui apertissime de ue-
ra confessione sacramentali quæ fit in aurem sunt locu
ti: ut ẽ Ambrosius/Chrysostomus/Hieronymus/Gre-
gorius/Bernardus. & alii innumerabiles) Volo audia
mus tandem qua tergiuersatione: reliquũ articuli tuea-
tur. VERBA Martini. Ego de his mortalibus locu
tus sum: quæ aut aliis/aut sibi manifesta sunt: ut satis
in propositionibus & dictis meis patet. Bulla autem in
sidiose loquitur. ac si de solis publicis omni sensu cogni
tis fuerim locutus.

Attende quõ sese ab Augu. defendat.

Quo se redi-gant. hæretici Disce.

¶Gaudeo quod paulatim ꝓpulsus in ueritatem concedit, quãquam id faciat cum mendacio. Verum est enim quod nemo cogitur confiteri ea de seipso/quæ nesciat. Quis enim ausit contra dicere? Hæc enim in summa est omnium catholicorum doctrina, omnia peccata mortalia confitenda/scilicet quæ quis nouit esse mortalia: & a se admissa: ea omnino cõfiteri debet. quod si de aliqbus interdum dubitet utrum mortalia sint: aut probabiliter debeat dubitare: confiteri & illa debet: sub eo dubio: & factum pure enarrare: uti sese habuit. Mẽdacium autem est: quod Martinus locutus sit de manifestis: nõ solum publice sed etiam sibi tãtum. Tum quia de his manifestis est explicite locutus: quæ iuxta morem primitiuæ ecclesiæ confitebãtur. Sed talia erant ut ipse fatetur tantum publice manifesta & publica confessione extorquẽda. Tum uero quod de manifestis sibi tantum in eodẽ opusculo de ratione confitendi sic loquitur. VERBA Martini. An peccata cordis occulta/ac sic soli Deo & homini qui fecit illa cognita/pertineant ad confessionem sacramentalem/extra meum captum est. libẽtissime negarem, nec enim ulla uia/aut ratione/aut scriptis probari potest &c.

Nota ut seipsum infœliciter expugnat.

¶Quid ulterius quærimus/ut cõsuetã probemus incõstantiam & lubricitatem hæretici? an non satis certi sumus: quod ait peccata soli Deo ac sibi cognita, non oportere quenquam confiteri? ac per hoc illum locutum de peccatis publice aut saltẽ aliis manifesta? Sed ita oportet mendacem tam insignem sese tandem redarguere. Quare missis omnibus eius pestiferis documentis: his

quæ circa hunc articulum satis late/alio opere a nobis disputatum est. q confessio talis de qua agimus de iure diuino sit: & in primitiua ecclesia consueta: & si ex Patrum uariis sententiis clare constet: tamē ut mihi uidetur. satis perspicue probat Lucas Act. Apostol. 19. his uerbis. Multiq; credentium ueniebant confitentes & annunciantes actus suos. Nec enim potest illud de publica confessione quæ testibus & accusatoribus fieri oporteat/intelligi: ut indicat uerborum proprietas: cū dicatur q ueniebant confitentes: scilicet non accersiti non accusati sed sponte: & annunciabant actus suos: non ait manifestos ac publicos: sed indefinite. actus suos: ergo quoscunq; actus suos: cum non urgeat ratio: cur illos potius q̄ alios. Verum postremo quis respondere potest ac se opponere uoci Saluatoris? An nō scriptum est. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis & quorum retinueritis retenta sunt? Sed quomodo id fieri rite poterit nisi manifestentur atq; sciantur? Quomodo autem scientur/nisi per confessionem? Si enim non confiteantur peccatores quid sciet sacerdos quod remissurus est? & quatenus remissurus? aut qua satisfactione seu pœnitētia imposita. digna peccatis? quomodo sciet quando iuste ac legitime retinere possit & non dimittere? nisi cert⁹ sit de gestis/& animo/& dispositione confitentis per secretam confessionem? An non scriptum est. Diligenter agnosce uultū pecoris tui? Quorsum ēt putamus ex lege ostēdendā lepram sacerdoti: & ab eo iudicandam? ℭ Nonus.

ℭ Dum uolumus omnia pure confiteri/nihil aliud faci

Act. Apost.

Io. 20.

Prouer. 27.

mus/ q̃ ꝙ misericordiæ Dei nihil uolumus relinquere ignoscendum.

C Multipliciter hic uolens hunc tueri: labitur in errores. Primo enim innuit: ꝙ quæ per confessionem dimittuntur/non ex Dei misericordia dimittantur. quod est impiissimum. Secundo puram confessionem dedignari uidetur: quod tamen non miror: impurissimo enim homini quomodo placere puritas potest? Tertio ut decipiat / illuc se cogit / ut ideo pura confessio omnium / non sit recipienda: quia nemo potest omnia sua occulta scire / quod est falsissimum. Nam potest homo omnia peccata sua mortalia scire: licet hoc nesciat/utrum omnia sciat. Hac enim fallacia ipse uel falsus uel fallere uolens illud de scripturis producit minime ad propositum. Delicta quis intelligit. & illud. Non intres in iudicium cum seruo tuo. Preterea qui pure uult confiteri / non ea confitebitur quæ nesciat/ aut scire non possit. Pura enim confessio mendacium admittete non potest: q̃q̃ longe aliud discatur in Martini theologia.

Aduerte stoli das æquiuocationes.

C Decimus.

C Peccata non sunt ulli remissa: nisi remittente sacerdote credat sibi remitti: immo peccatum maneret / nisi remissum crederet. Non enim sufficit remissio peccati & gratię donatio / sed oportet etiam credere remissum.

C De hoc/ & stultissimis eius circa hoc æquiuocationibus: & supra / & alio libro: satis locutus sum. Nunc uero solũ quępiam stultiora de suo addam / in suis uerbis. VERBA Mart. Ex istius articuli damnatione sequitur.

ne sequitur. Primo ꝙ confessurus nō debet credere se-se absolui aut remitti sibi peccatū: ac per hoc licebit in faciem sacerdotis dicere absol uentis. Tu mentiris. Nō absoluor a te: nec remittunt ur mihi peccata. Secūdo ꝙ Christus sit mentitus ubi dicit, quodcūq; solueris solutum est. Immo Christus hoc uerbo hæreticus est: quia hæc Bulla inclyta mandat: ne quis credat sese absolutū esse dum absoluitur in uirtute uerborum Christi. O furor inauditus.

Qui doctrinam Martini nosse uis, hic siste.

ℭ Vere furor inauditus: sed tuus hic furor. An non pudet ista mandare scriptis tam ridicula & mendaciis stolidissimis plena? Hic sisto quicunq; putat Martinū aliqd sæpe qui tam peruerse arguat. non teneor credere cum absoluor me esse absolutū: ergo possum dicere me absoluenti: tu mentiris: quasi uero quicunq; non tenetur credere/statim teneatur discredere.

Attende arg. Martini.

ℭ Vndecimus.

ℭ Nullo modo confidas te absolui propter tuam cōtritionem: sed propter uerbum Christi. Quodcūq; solueris: & crede fortiter te absolutū: & absolutus uere eris: quicquid sit de contritione.

ℭ Fundamentum huius blasphemiæ est. ꝙ soli fidei datur iustificatio. Error aūt est (ut uidimus) tum ꝙ stultissima æquiuocatione decipitur circa fidem: quia fides nō refertur nisi in Deū & illud ꝙ est ex parte Dei. Hoc enim uere requiritur ad iustificationē: ut credat. s. Christianus & confidat in illis Christi uerbis. Quodcunq; solueris &c. ꝙ quotiens bene disposito applicabit eorū uirtus & ptās soluendi: ꝙ erit solutus. Neq; uero fides

ex parte eorum quæ in nobis sunt requiritur: cũ sint incerta. Nec.n.quisq̃ tenetur credere se esse bene dispositum: cũ nemo sit certus/utrum bene sit dispositus. Sola aũt fides sine contritione bene dispositũ neminẽ facit.

i.Cor.13. Si.n.inquit Apl's: habuero fidẽ ita ut montes transferam: charitatẽ aũt nõ habuero: nihil sum. iõ fidẽ sine

Ia.2. opibus mortuã Iac. ait. Et ppea Dñs & Magister dixit:

Io.13. Cõmendans chatitatẽ & charitatis opa. Scitis qd fecerim uobis. Beati estis si feceritis ea. Nunqd hic non ad beatitudinẽ opa exigit? Et rursus. Remittunt ei pecca-

Luc.7. ta multa qm̃ dilexit multum. Et alibi. Pater meus amat

Io.16. uos/qa uos me amastis & credidistis qa a Deo exiui. Ecce qa amori amor reddit & nõ fidei. qd aũt stulte asserit fidẽ sine opibus esse nõ posse/insanũ est: cõtra experiẽtiam est: & cõtra scripturã/ut late ex dictis Aplo℞ con-

Matth.7. stat. Nã & Saluator ait. Multi mihi dicẽt illa die nonne in nõie tuo pphetauimus? & in nõie tuo Demonia eiecimus & in nõie tuo uirtutes multas fecimus? & tũc cõfitebor illis: quia nũquam noui uos. Ecce hi fidem habebant: qui in nomine Iesu prophetabãt: & eiiciebant Demonia: & uirtutes faciebãt multas. Cur ergo excluduntur? Ecce quia sequit (ut intelligamus opera requi

Matth.7. ri: & fidem nõ sufficere). Omnis qui audit uerba mea hæc & facit ea/assimilabitur uiro sapienti &c. Et omnis qui audit uerba mea hęc & non facit ea/similis erit uiro stulto &c. Nunquid igitur sola sufficit fides sine operibus. aut nõ datur fides sine operibus? Ita Martinus existimat: sed non ita Christus: non ita Paulus: non ita Iacobus & uniuersa scriptura: experientia etiam ipsa con-

tradicit. Ecclesia contradicit: Sancti manifeste cõtradicũt. Solusne ergo Martinus hos oẽs corã sua turba superabit? sed superet/uincat/& apponat lucro sibi: quod tãdẽ ex Diabolica hac uictoria triumphi referet.

Solus Martinus cõtra oẽs.

ℭDuodecimus.

ℭSi per impossibile confessus non esset contritus aut sacerdos non serio sed ioco absolueret: si tamen credat sese absolutum: uere erit absolutus.

ℭDeclarat esse impossibile illum non esse uere contritum/qui uere credit se absolutum. Et tñ infra dicit. quẽlibet certum de sua fide: & neminem certum de contritione. quod stare non põt: si contritio fidẽ necessario sequatur. Vnde uere nescio/num serio hęc an ioco loquatur iam: ꝙ enim ioco absoluens: & ita non intendẽs absoluere/ absoluat: probat tandem infœlix homo per Apost. qui se profitetur gaudere ꝙ uerbum Dei etiam per inuidos & malos ad contentionem annũciaretur: cum inde audientes etiam proficerent. Non intelligẽs miser/claudam similitudinem: ꝙ hic de sacramento agitur: quod/licet a pessimo expleri possit: non tamẽ ab eo qui illud instituere non intẽdat: aut etiã instituẽdi potestatem non habeat. Veritas autẽ a quocũq; dicta cum a spiritu sancto sit/proculdubio indifferenter prodesse potest: etiam si a Diabolo diceretur.

ℭTertiusdecimus.

ℭIn sacramento pœnitentiæ ac remissione culpæ: non plus facit Papa/Eps/q̃ infimus sacerdos. Immo ubi nõ est sacerdos/æque tñ quilibet Christian⁹/etiam si mulier aut puer esset.

¶ Fundamentum est. quia omnibus christianis dictū est/q̄dcunq; solueris super terrā / solutū erit & in cœlis. Et addit. in hac sola authoritate triūphator Martinus. hanc inuictam authoritatē non mihi subuertēt: qui. n. baptizzatus est spiritū Christi hēt: ubi aūt spiritus Christi / ibi omnium potestas/ac libertas.

Quo tendat Martinus.

¶ Hoc agit Martinus in summa: ut potestatē hēat cum suis laicis in oībus & per oīa & super oīa. Et quis resistat? aut quis iam disputabit super tanta stultitia tā prophana: qua/laicorum sibi conciliare /gratiam & beniuolentiam in qua peribit tantisper studet?

¶ Quartus decimus:

¶ Nullus debet sacerdoti respondere se esse contritū: nec sacerdos requirere.

¶ Fundamentum/ est quia nemo certus est de sua contritione: quasi uero sequatur/ q̄ non possit probabiliter illam argumentari: aut quasi possit sacerdos rite absoluere non contritum. Mitto q̄ ut supra uidimus sibi ipsi contrarius est: cum impossibile dicat esse quēpiam credere se absolui & non esse contritum: sicut ergo certus eē pōt d̄ fide hac/ita erit cōseq̄nter d̄ sua cōtritiōe cert⁹. O Babilonycam uere captiuitatem.

¶ Quintus decimus.

¶ Magn⁹ error ē eo℞ qui ad sacramentū Eauchiristiæ accedūt huc innixi. q̄ sint confessi/ q̄ non sint sibi conscii alicuius peccati mortalis / q̄ præmiserint orationes suas/& prepapatoria: oēs illi sibi iudicium manducāt & bibunt. Sed si credant & confidant se gratiam ibi cōsecuturos. Hæc sola fides facit eos puros & dignos.

Magnus

Magnus est igitur error Pauli q ait. Probet aūt seipsum homo: & sic d pane illo edat/ & de calice bibat. Qui ergo Pauli pceptum atq; monitum sequat & cōfidat se se recte agere: iudicium sibi manducabit ac bibet. Mira hæc atq; noua. Confidat igitur qui uelit in Martini potius stulta hac fide/ q̄ in doctrina Pauli. immo Christi in Paulo loquentis. Ego enim clare protestor / ac testor Deū: periclitabūtur omnes & peribunt / qui tam stulte egerint. 1.Cor.2.

¶ Sextus decimus.

¶ Consultum uidetur. q ecclesia in cōmuni cōcilio statueret. Laicos sub utraq; specie cōmunicādos. Nec Boemi sub utraq; specie cōicātes sunt hęretici & schismatici.

¶ Causam laicorū & Boemorū inuictissimus patronus Martinus/ non sine causa suscipit. Vt enim publice pfatur. Laici Martiniani reprobatis sacerdotibus electi sūt a Deo. Boemi uero cū Gręcis nūc tādē ī doctrina sua fideles & unitati eccl'ię iūcti/ repti sūt: cęteri oēs hæretici ac schismatici. Sup laicis ergo Martinianis fact' est nuper spiritus dn̄i: idem. s. q spiritus Martini. O sacerdotes Dei miseros. Et cur non sequimur tam beatos Martinianos laicos? O Itali / o Galli / o Hispani/ Britanni: & reliqui Germanorum/ qui insistitis fidei a maioribus traditæ & acceptæ: o tandem uniuerse orbis christiane: cur non huic uni nationi / atq; eius pręclarissimis magistris & gloriosissimis conceditur? Sola enim nunc sapientissima Boemia / Martino teste inuictissimo: reliqua antem omnis quantumlibet grandis natio. non habet ita approximātes deos. O furorē furorē. O irā Dei intollerabilem: cæterum ad articulum ipsum tandem re

uertens: ut ueritati ſtudeam. Hoc ſolum damno atq; deteſtor: quod ſacroſanctę Ro. eccleſię aduerſum eſt: ſub cuius pręcepto qui ceruicem ſubdere nolit: quanta poſſum uoce clamo & Deum teſtor: nihil iam ei ſupereſſe/quo ſperare de ſua ualeat ſalute.

¶Decimus ſeptimus.

¶Theſauri eccleſię nõ ſunt merita Chriſti & ſanctoꝝ.

¶Addit & poſt hunc quinq; articulos circa indulgentias infandiſſimos: & non niſi in contumeliam Ro. ſedis: quos horror eſt referre. Deus iuſtus retribuet q̃tũ erit ſatis. Hic non ulterius diſputabo. Sat alio libro egi, unde ueritatem licet agnoſcere/ſi poſſint tandẽ ad Chriſti & Mariæ matris & ſanctorum theſauros paruper attollere oculos: quos ad ſuos/ utinã nõ ẽt ad alienos theſauros aperuerunt/concitati huius doctrinæ uanitate homines. Ac ne putare quauis ratione poſſet quiſquã mortaliũ/adulari me uoluiſſe. Sententia mea hæc fuit / & eſt: a qua cũ ſit catholica: in õnipotẽtis Dei gr̃a ſpero: neq; gladio imminente ceruici: nũq̃ diuellar.

Sñia authoris circa ĩdulgentias.

¶Primo enim cõfiteor pietatẽ chriſtiana: & aſſero merita Chriſti / & Beatiſſimæ eius matris Mariæ ſemper uirginis / & omnium ſanctorum. Inuiſibiles eſſe theſauros: ex pia cauſa et reipu. chriſtianæ conducenti arbitrio apoſtolicæ ſedis / hoc eſt capitis ſũmi Pont. diſpenſabiles per indulgentias: ut rei pœnarũ/ſiue uiui/ſiue defuncti: hac diſpẽſatiõe & ſatisfactione de alieno cruciatu/ex Dei ꝓuidẽtia ac liberalitate/ſuas pœnas redimãt: ut ita nõ ſatisfactio auferat̃/ac per hoc iuſtitiæ Dei ꝓiudiciũ fiat: ſed magis unde ſatisfiat prouideat̃. Audeo

aũt hic dicere: qui positionẽ hãc intellexerit, oĩa tũ Martini/tũ omnium qui contra allatrarũt unq̃ uanissima argumẽta/& facile refellet/& merito cõtẽnet, q̄ uer. scopũ nõ petant.
Solo itellectu cõclusiõis oĩa arg. Mart. uanissima apparent.

❡ Secũdo Christiano ẽt aio assero: Papã q sine pia & rationabili causa: aut quod abominor: auaritia pellect⁹ ad explendã cupiditatẽ suã/eiusmodi ĩdulgẽtias indixerit: pessimo hoc exemplo facere/neq; ad ædificationem ac salutẽ/sed ad destructionẽ & scandalum.

❡ Tertio adhuc confidẽter addo: nimio frequẽtiores indulgẽtias/esse (ut ait Papa) eneruatiões pœnitẽtialis satisfactionis: aut in ludibriũ & cõtẽptũ tandẽ apud plebẽ/ipsorũ ecclesiæ thesauro℞ & merito℞ Christi uerti.
c. cũ ex eo de pœnit. & re.

❡ Quarto cõstantissime etiam profiteor ac protestor. Nõ Martinum/non principem ullum in terris posse de facto summi Papæ/aut cognoscere/aut iudicare/aut animaduertere. Tantum humili ac fraterna correctiõe: saluo eius semper/qui ei ab omnibus debetur honore: absq; strepitu ac tumultu iudicii/cum opus fuerit/& p̄desse merito existimauerit: ex charitate corripere: aut si quid contra Deum attentaret/& contra fidem/atq; Euãgelii ueritatem/etiam in faciem exemplo Pauli resistere. Alioquin non est iudicium/nõ est potestas in terris aduersus p̄cipuũ hũc Christũ dñi/uerũ uicariũ sũmi Xp̄i: uerũ pastorẽ ac rectorẽ oĩum. Vn⁹.n.tm̃ iudex & oĩu; cognitor dñus Iesus benedict⁹/sup illũ satis supq; erit. Qui aliud existimat temere se christianũ arbitrat. Cõmẽdata ẽ Cõstãtini magni Augusti/sacto℞ patrũ testimonio seruata eiusmodi pietas, exẽplũ nũq̃ ex hoĩu;
Attende Martine.

memoria delendū: qđ Ecclesiastica historia cōphēsum est. Post alios maiores Magn⁹ quoq; Gregori⁹ ad Mauritiū Augustū magnifica uoce extollit atq; cōmemorat his uerbis. ℭ Cū piæ memorię Cōstātino Principi scripto oblatæ accusatiōes cōtra epos fuissent: libellos qdē accusationis accepit: & eosdem qui accusati fuerāt epos conuocans: in eorum conspectu libellos quos acceperat incendit/dicens. Vos dii estis a uero Deo constituti. Ite & inter uos cās uestras discutite: quia dignum nō est: ut nos iudicemus Deos. ℭ Quid ergo dixisset aut potius fecisset, hic piissimus Princeps. Si famosissimos libellos quos isti Serpētes uenenosi in officina iniustitiæ & rabiei suæ contra summū Dei Vicariū excudunt/legisset aut audiuisset? Quanq̄ nescio: si quā maiorem ista laudem adeptus sit unq̄ Leo noster Pontifex: q̄ ab hoīe Diabolico/ atq; hæretico pestifero apertissimoq; hoste crucis Christi: Sāctissimis uiris: quos pariter crudelissima illa lingua (ut uidimus) dehonorauit: sociat⁹ est. Addit idem Gregorius & hæc.

Cōstantinus.

Greg. lib. iiii. epistola. xxxi

Grego. ibidem.

ℭ Quid ergo mirū si Christianus Imperator ueri Dei sacerdotes dignetur honorare: Dum pagani Principes honorem impendere sacerdotibus nouerunt qui diis ligneis & lapidibus seruiebāt? ℭ O Martine peruersissime Sathana: quo tu adigere Christianos Principes tuo suasu pertentas: ut sint ēt paganis principibus deteriores? ut surgāt aliqn̄ pagani in iudicio Dei illo tremēdo & condēnēt eos? O captiuitatē uere/uere Babylonicā. ℭ Postremo aūt & unū addere audebo supra dictis. Si qd ad me de indulgentiis pertineret, Ego quidem inui

tis animis nequaq̃ ulterius eas offerrem / aut proculcarem. Nolūt eas: nō habeant: nō credunt: careant illis: insup spernunt ac maledicunt: insuper in maledictione æterna ipsi sibi ipsis & testes sint & iudices: q̄ ĩdulgẽtia ulla digni ñ sūt: cū q̃ offerebatᷣ, tã ĩdigne atq̧ iniq̧ spuerūt. q̄uis enim ꝓpter malos atq̧ impios/ bonis ac piis prę iudicium faciendum non sit: tñ quia paucissimi iam ii sunt: neq̧ multæ desunt antiquorum Pont. iam indictæ ac solẽnes indulgentiæ: quæ satis superq̧ eẽ oĩbus possunt: id nunc maxime cauerem/ ne p̄tiosissimos hos thesauros: quos carnales/ & porcini oculi respicere non possunt: indigne ante porcos proiicerẽ conculcandos. Hactenus circa indulgentias. Donec forsitan Deus benedictus dignabitur gratiæ suæ aperire thesauros: utq nunc terrenis tota mente intendunt: unde cœlestes ꝓspicere prohibentᷣ: aliq̃n spretis illis/ oculos ad cœlestes attollãt.

℄ Vigesimus tertius.

℄ Excõmunicationes sunt tm̃ externæ pœnæ: nec priuant hominẽ cõibus spiritualibus ecclesiæ orationib⁹.

℄ Vgesimus quartus.

℄ Docẽdi sūt xp̄iani pl⁹ diligẽr excõicationẽ/ q̃ timere. Attende dogma.

℄ Hos articulos sua se manifeste impietate ꝓdẽtes: deberem sic omnino p̄terire/ nisi insanissimum sit eorum fundamẽtum. Nempe medicinalis inquit est excõicatio ut & Papa fatetur, ergo nō priuat cõibus ecclesiæ orationib⁹. Reponatur ista cõseq̃ntia Martini inter alias plurimas olim a nobis adnotatas: quasi hoc non sit misero medicina: cum uiderit se priuatum tot bonis/ & tãta cõmmunione: ut citius reuertatur atq̧ uniat se: uñ absci-

Io. Papa ad Iustinianũ. sus est: cũ scriptũ sit. redeũtibus ecclesiam nunq̃ gremiũ
Math. 18. claudere. & petro dictũ. Non dico tibi septies / sed sep-
tuagies septies.

¶ Porro non magnopere miror ita excõmunicatũ & cõtumacẽ p̄dicare. Excõicationẽ diligẽdã. nam hoc ei maxime opus est ut persuadeat uulgo: excõicationẽ ẽt quãlibet bonã esse: nam de qualibet hic exõicatione loquitur: neq; enim nisi bonũ diligi debet. Bonum est igitur utcũq; excõmunicatũ esse. Habeat sibi hoc bonũ Martinus. Quid enim aliud respondere hic possim / nisi q̄ propheta ĩ eiusmodi proditores & apostatas loquitur?

Ps. 108. Dilexit maledictionem & ueniet ei. Noluit benedictionẽ & elõgabitur ab eo: Et induit maledictionẽ sicut uestimentum: & intrauit sicut aqua in interiora eius: & sicut oleũ in ossibus eius. Fiet ei sicut uestimentum quo operitur: & sicut zona qua semper p̄cingitur. Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud dñum / & qui locuntur mala aduersus animam meam. Ait sponsus pro se ipso & pro chara sponsa sua ecclesia / & omnibus mẽbris ei⁹: atq; his presertim de quibus admonemur. Diis non de-

Exo. 22. trahes: hoc est sacerdotibus: & multo magis põtificib⁹ ac per hoc multo magis Pont. omnium maximo: in quẽ tu cornua: mox diuina potentia confringenda: petulantissime atq; indignissime erexisti / hominum qui uiuant infœlicissime. ¶ Vigesimus quintus.

¶ Ro. Põtifex Petri successor / non est Christi uicarius sup oẽs toti⁹ mũdi ecclĩas ab ip̄o Xp̄o ĩ. B. Petro ĩstitut⁹

¶ Super hoc articulo latius alio libro disputauim⁹: ubi p̄pe infinitas ei⁹ insanias diligẽtius in omniũ oculis cõ

ſpicuas fecimus. Nunc uero/ cōtēptis ſuriis hui⁹ ueſani hominis: qm̄ nō iā amplius diſputat/ ſed furit, & totus in contumelias ſoluitur. ſatis fuerit admonuiſſe duo hominū genera. Primū quorūdā qui nō ſolū Papā/ ſed ēt Chriſtū negāt. nō ſolū Decreta/ ſed Euangeliū ēt ſpernūt: & oīa pariter humana cōmēta exiſtimāt. Hos ſapiētiæ uerba oportune urgēt: ſi iis aures audiēdi parumper adhibere poſſint

¶ Hæc cogitauerūt & errauerūt/ excæcauit. n. eos malitia illorū/ & neſcierūt ſacramēta Dei: neq; mercedē ſperauerūt iuſtitiæ. Sap. 2

¶ Alterꝫ ē eoꝝ genus/ q cū plane ueritatē agnouerint/ eam tn̄ (qđ in Spiritū Sanctū peccatū eſt) de induſtria ex malignitate oppugnant. Hos phariſeis ſimiles/ atq; his qui doctrinæ ueritatē/ Chriſti cruce exiſtimarūt extingui/ aut obſcurari poſſe. Verbis dn̄i tremēdis adorior. Omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus: ſpiritus blaſphemiæ non remittetur. Hic aūt ſpiritus blaſphemiæ/ odioſiſſimus eſt: cum aduerſus agnitam ueritatē/ adeo efferate inuehunt̄. Idcirco Ieſus dn̄us in cruce: haud citra hāc cām pro his orat q neſciūt quid faciūt: nō pro illis/ quoꝝ grauiſſimum/ neq; dignū remiſſione peccatum fuit: ut cognitū uerū prophetam & promiſſum patribus pœna tn̄ inſigni affligere/ & contumelioſiſſima/ atq; turpiſſima crucis morte afficere: odio atq; inuidia furētes non dubitauerunt. Math. 12.

¶ Vigeſimus Sextus.

¶ Verbū Chriſti ad Petrū. Quodcunq; ſolueris ſuper terram: extēditur dūtaxat ad ligata ab ipſo Petro.

¶Hic replicat quod sæpe alias. Verba hęc non soli Petro dicta a Christo. egregia scilicet consequentia: quia Christus interrogauit omnes dicens. Vos quē me esse dicitis. idcirco non Petrus sed omnes respōderunt. Tu es Christus filius Dei uiui. Et idcirco nō Petro sed omnibus dixit Christus. Tu es Petrus & super hāc Petrā. Quis hic respondere possit? Si Simon Bariona in hac doctrina & tam remota theologia desinat esse Simon Bariona? & Petrus desinat esse Petrus? & uerbū christi adeo manifestū ita ludificet? An rogo quisq̃ sanus mihi consulat ut hic contendam potius q̃ contemnam? Quid enim amplius consequi possim disputando? aut in quæ eum trudere argumentis atq; cogere angustiora loca ualeam/q̃ quo seipsum trusit infœlix? Huc. n. se miseri tandem hæretici coniiciunt sua temeritate & pręcipitatione. De quo tamē alias satis superq; satis. Post hoc addit in atrocissima cōtumelia. VERBA Mart. Quare notandum q Sanctitas Sanctissimi Dñi Papæ hoc loco mentitur: sicut est moris eius atq; stili: q autē potestas soluendi latior sit q̃ ligandi, æque mentit Sanctissimus ille. ¶Hem quo fert illū furor. Mitto (quod perhorresco cogitās) intolerabilem/neq; minus deplorandam contumeliam in Christi Vicariū: sæuissima ultore Deo uindicta/proculdubio sua die animaduertendam: q̃q̃ præ aliis quas taceo horribilioribus: hæc honoris gratia dicta uideatur. Saltem non blasphemasset contra Deum: contra Ecclesiam: contra oēs Sanctos: contra consuetudinem totius Christiani orbis: & communem deniq; omnium Christianorū sensum. Immo

Martini modestiæ.

etiā tandem contra seipsum: qui per hæc uerba. Quodcunq; solueris. traditam potestatem peccata dimittendi atq; soluēdi omnibus indifferenter Christianis/ maribus & fœminis: & oīa indifferenter peccata/ dogmatizat. O furorem quo merito cæcatus nihil iam uidet. Et eo redacti sumus/ ut cogamur ppemodum pugnare cū bestiis & quadrupedibus/ & serpentibus. Sit per oīa benedictus Deus: qui his quoq; dabit finem.

¶ Vigesimus septimus.

¶ Certum est. in manu ecclesiæ aut Papæ prorsus non esse. Statuere articulos fidei: immo nec leges morum seu bonorum operum.

Certum est. De omnibus est cert' Mar.

¶ Fundamentum huius est in his pclarissimis uerbis. VERBA Mart. Nos qui nō Papani sed Christiani sumus. Scimus q nihil est fidei & bonorum morū: qd' non abunde in litteris sacris sit expositum: ut neq; ius neq; locus sit/ alia statuendi ullis hominibus/ Petro. Cerimōias potuit Ecclesia ordinare: sed ēt in arbitrio sunt oīum fideliū. sicut dicitur. 1. Cor. 7. Empti estis pretio nolite fieri serui hominum.

¶ Nonne tandem agnoscimus bestialitatem? O miserum hominem. Si. n. hæc uera sunt quę ais: nōne tollis oīa conciliorꝝ decreta Sanctorꝝ? oēs ecclesiæ ritus peruertis? & libertatem insanam bestiarum statuis? Num iam tædet ita abuti scripturis: & ad sensum inhumanū tam peruerse trahere? Obsecro aūt nonne omnē sacramentorꝝ formam iam licebit contemnere? Quæ. n. scriptura docet. Sacrm̄ illis uerbis confici: q̄ tradita nobis sunt? aut cathecismū & exorcismū pcedere baptismum?

&alia pleraq; quæ intemerate ab ipsis usq; Apl̄is. ad hæc tempora seruata sunt? Quis igit̄ te merito tanti faciat: ut super his in contentionem descendat: q̄bus uniuersam ecclesiæ faciē tollere ac peruertere moliris? Verum ne quis ex intellectu ambiguo decipiat̄ huius quęstionis. Vtrū Papa statuere fidei articulos possit. Sciendum est, duplici hoc audiri intellectu. Vno quidē quo audiamus queri utrum id quod ad fidem non pertinet/ hoc est ex diuina reuelatione non est, possit Papa ut ad fidem pertineat reducere: & cui dubiū hoc in manū Papæ non esse, cum nemo possit aliud ponere fundamentum q̄ quod positum est? Neq;.n. potest Papa pro articulo fidei statuere ut credat aliquis. Solem etiam tanto maiorem terra/ q̄to mathematici asserunt: qn̄ hoc constet/ nulla reuelatione acceptū. Altero uero/ & sano intellectu recte dicitur, Papam statuere Articulum fidei: ut scilicet ex necessitate aliquid ad fidem pertinens credi explicite oporteat: qd̄ antea/ uel ex controuersia dubitatum: uel non ita declaratum: non oportebat. Et ita bene eruditi eiusmodi quæstionem componunt.

Quō itelligi oporteat Papā articulos fidei posse statuere.

1. Cor. 3.

¶ Vigesimus octauus.

¶ Si Papa cum magna parte ecclesię sic uel sic sentiret: nec etiam erraret: adhuc non est peccatum aut hæresis contrarium sentire: presertim in re non necessaria ad salutem: donec fuerit per concilium uniuersale: alterū reprobatum: alterum approbatum.

¶ Sed qm̄ Paulum non sinit esse mēdacem/ qui de sui similibus, p̄ficere assidue in peius testat̄. Hæc scelerosissima addidit. VERBA. Mart. Hæc in indulgētiis

dixi/minus tunc rerũ peritus. Stulte. n. dixi. Quare arti culũ damno ipſemet. Cũ. n. in eo quęſtio de rebus non neceſſariis ad ſalutem uerſet͛: non debui Papæ aut cõci lio tribuere tantũ ptãtis: ut e non neceſſaria re/neceſſa riam facere poſſent. Sed ſic debui dicere: ſicut & nũc di co. Si Papa & cõciliũ ſic deſiperent: ut in rebus non ne ceſſariis ad ſalutem determinandis/ tp̃s & ſtudia perde rent: habẽdi & cõtemnendi eſſent pro fatuis & inſanis cum omnibus ſuis determinatiõibus larualibus. Talis aũt fatuitas eſt/ꝙ de indulgentiis/de primatu Papę/ de tranſubſtãtiatione panis: & infinitis aliis nugis ad rem nihil pertinentibus: ſæpius in cõciliis determinauerũt.

Vere ſtulte tunc: at nunc lõge ſtultius.

¶ Hic uero duo pp turbã aperienda ſunt. ¶ Primũ cer tiſſimũ eſſe. multa explicite credere aliquo tpe/nõ eſſe neceſſariũ ad ſalutẽ: quæ credere alio tpe neceſſarium eſt: ut ſit ſalus. nũqd non in ſucceſſionibus tempoꝵ re- uelat Dñs aſſidue maiora myſteria? Nunqd non legi- mus. Pertranſibũt plurimi & multiplex erit ſcia: & Gre go. ait. q̃to appropinquauerimus fini ſeculoꝵ. tãto cer- tiora nobis fore ſacrã & arcana Dei. Nõne ait Paulus. In aliis generatiõib⁹ nõ eſt agnitũ myſteriũ Chriſti: ſi- cut nũc reuelatũ eſt Sanctis Apl̃is eius & ꝓphetis? Sic .n. & poſt Chriſti aduentũ factũ eſt in eccleſia. neq̨.n. de baptiſmo neceſſarium fuit Cypriano credere id/qd͛ ſi modo qs nolit credere: inter hæreticos computaret͛: qm̃ antea uelut in cõtrouerſia poſitũ/nõdũ certo eccl̃ię ſtatuto erat deciſum. Sed ut maiori exẽplo hoc declare mus. Apl̃oꝵ tẽpore nõ erat mortiferum (ut ait Aug.) uel circũcidi uel circuncitionẽ neceſſariã exiſtimare. At

Dan. 12.
Greg. in Dia.
Ad Eph. 3.

uero post ecclesiæ determinationē in concilio ipso apo
stolorum / mortiferū cœpit esse: quoniam Deus in hoc
hominem tentare ac probare maxime uoluit / & ab ini-
tio & usq; nunc, ut obediens sit. Et ideo legem dedit:
unde cognitio est peccati. Quis enim diceret necessa-
Gen.2. rium ad salutem fuisse de ligno illo scientię boni & ma-
li non edere: nisi precepisset dominus? Et ob eam cau-
Ad Ro. sam ait Paulus. Sine lege peccatum mortuum erat: sed
cum uenisset mandatum / peccatum reuixit.

¶ Secundum, q necessarium fuit multa statuere eccle-
siæ / pro salute mortalium: & pro sedandis scandalis: ut
electi per obedientiam magis probarentur: reprobi ue-
ro inciderent in illa: hi scilicet qui ex contentione sunt:
Ad Ro.2. (ut ait Paulus) & qui nolūt acquiescere ueritati: ut sūt
hi Serpentes Reguli, sicut scriptum est. Pluet sup pec
ps.10. catores laqos: & rursus. Hæc uia illorum scandalum ip
ps.48. Esa.8. sis. Et apud Esaiam contra eiusmodi perfidos dicitur de
Christo. Erit in lapidē offensionis: & petram scandali
duabus domibus Israel: & in laqueum / & in ruinam ha-
bitantibus Hierusalem. & offendent ex eis plurimi: &
cadent & conterentur / & irretientur. Quare necessa-
rium fuit ecclęsiæ statuere de indulgentiis: ut homines
fide ducti / atq; allecti Dei beneficiis: illa scientes ac re-
cipientes: darent gloriam Deo. Necessarium: immo su
pra omnem necessitatē fuit / statuere de primatu Papę
propter iniquissimos & peruersissimos hæreticos: ad
eorum confringendam superbiam / ad sedandas om-
Necessitas sta tuēdi sup pri matu Papæ. nes quæstiones / & turbas / quæ a proteruis & contu-
macibus oriuntur (ut uidemus) in ecclesia Dei.

Quis enim alioquin hæreses prohibere & contentio-nes: aut conuincere: aut iudicare & animaduertere potuisset si nullibi hic esset primatus atq; potestas? Mitto ꝙ primatum hunc recipere spectat ad cognitionem prouidentiæ summi Dei. Et audeo dicere: ꝙ est magna portio nostræ fidei: manifesteq; includit͛ sub articulo. Credo in unã sanctam catholicã & apostolicã ecclesiã: quã esse in terris sine Vicario aliquo capite: stultissimũ est & bestialissimũ existimare. Hoc enim solũ claudere os peruersis atq; hęreticis facit: ut pertinaciam suam & hypochrysim claram reddant. Dum inobedientes contumaces & proterui: hoc solo ipso: manifeste conspiciuntur. Quod si non esset: quid haberemus/ quo obstrueremus os loquẽtium iniquitatem? Scripturas forsitan: quasi uero non in eum modum scripturæ sint: ut quilibet eis abuti ad sui sensus prauitatem plerisq; locis possit: ut nunq̃ penitus per illas cõuinci possit/ si paulo durior atq; pertinacior esse uelit & ex cõtentione: ut uult esse Martinus. An quisq̃ forsan dubitat ne Martinus uelit esse pertinax & hæreticus & contentiosus & temerarius? Immo uero probet hoc ille nobis in suis uerbis. Etenim respõdens ad Xisti Decretum in opere ad Leonem sic ait. ℭ Primum si quis pertinax esse uellet: diceret. Proba qđ dicis optime pater. ℭ Et in actis corã legato aduersus decretum Clemẽtis. Vnigenitus. His uerbis præclarioribus se tuetur.

Necessitas primatus in Ecclesia.

Attende ut se recte prodit Martinus.

ℭ Occurrebat enim & mouebat. Primo/ ꝙ nuda essent uerba Pont. & aduersus contentiosum uel hæreticũ inualidum ꝑsidium. ℭ Quasi uero aliquod ualidũ sit præ

sidium in hæreticum & cōtentiosum: quos neq; igne a pertinacia dimoueri sæpe uidemus. Nā & Martinus ad ignem & mortē se paratum: iam aperte pro blaphemiis istis tuendis: non ueretur asserere. Quid mirum cū per omnia: etiam se teste: sit temerarius? Blasphematurus enim/ ut supra uidimus: contra Dionysium. Sic ait.

¶ Atq; mihi (ut magis temerarius sim) in totum displi cet. Tantum tribui quisquis fuerit: Dionysio illi &c.

¶ Sis igit magis & in hoc & in oībus temerarius: sis pti nax hęreticus & contentiosus. Sis postremo semper cō fusor & Babylonicus triūphator: & nihil penitus p ue ras atq; ualidas distinctiōes capias ueritatis. Nos.n. ita cōcludimus. Papam posse constituere. aliquid necessa rio explicite credi oportere: quod antea nō esset neces sarium. Neq; per hoc sequit quod tu cauillaris corā im perita multitudine tua: uidelicet/non esse illud necessa rium statuere/saltem ad utilitatem Christianæ Reipu. ad scandala semouēda: ad ueritatem mysterioꝝ Dei in telligendam/unde cōtemplatio magnitudinis & magni ficentiæ Dei in aīo Christiano exoritur: ut est illud/cū intelligūt ex trāsubstantiatiōe/Dei mirabilia & inscru tabilia non ulli unq̄ philosophiæ cōperta: & accidentia sine subiecto subsistere: & substantiā in substantiam si ne sui annihilatione transire: & alia quæ huic sacramen to accidunt: humano atq; angelico intellectui superstu pēda: in quoꝝ scientia ac meditatione admiramur Dei potentiam: & memoriam mirabilium suorum euarran dam nobis. sicut scriptum est. ardentius cōcipimus. Sic enim ait Propheta. Generatio & generatio laudabit

Cauillū Martini. (margin)

ps. 144. (margin)

opera tua: & potentiam tuam pronunciabunt. Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur & mirabilia tua narrabunt. & uirtutem terribilium tuorum dicent: & magnitudinem tuam narrabunt. Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt: & iustitia tua exultabunt. ¶ At uero quomodo laudabuntur aut narrabũtur: si non intelligantur? quomodo autem intelligent. si declarata aliquando non fuerint? a quo autem poterunt declarari: nisi ab ecclesia: & ipso uniuersæ ecclesiæ præsidente? O Martine ubi es? & quo te miserum præcipitasti?

¶ Vigesimus nonus.

¶ Via nobis facta est eneruandi authoritatem cõciliorum/ & libere contradicendi eorum gestis/ & iudicandi eorum decreta. Et confidenter confitendi quicquid uerum uidetur: siue probatum fuerit/ siue reprobatum a quocunq; concilio.

¶ Ridicula quæpiam nuper cõmentus est ad excusanda impiissima & superbissima hæc uerba sua: quorũ tandem sensit abundãtiam malignitatis. Illud imprimis, ꝙ maligniter & insidiose (sic. n. ait) Sãctissimus ille christi Vicarius captat uerba sua. Quis nõ rideat? aut q̃s nõ uideat deesse defensionẽ hoi misero: qñ Papa nullũ addat uerbum de suo: sed tantum prædicta ipsius Martini referat atq; condẽnet? quomodo igitur captat? O destitute omni & ueritate & auxilio.

¶ Trigesimus.

¶ Aliqui articuli Io. VII. condemnati in concilio Constant. Sunt Christianissimi uerissimi & Euãgelici quos nec uniuersalis ecclesia possit damnare.

¶ Hunc ita reuocat/ut tanto magis ueracem Paulũ faciat/& se mendacem & in peius proficientem. Ait enim quod dixi aliq articuli. Io. usſ. peccaui / & debui dicere / omnes articuli Io. usſ. An nõ grandis est hic homo stomachi: ut sic ausit omnes hereses in se traiicere? ita etiã de Boemis ait atq; Græcis: reuocat enim qđ dixit in aliquo esse illos meliores / & christiani⁹ sapere: nunc enim non ueretur dicere: in omnibus eos melius & religiosi⁹ sentire. Placet autem supra modum: ꝙ cum studeat se Io. usſ. & Boemis atq; Græcis copulare atq; conciliare. Adeo tamen est inconsideratus: ut plurimũ ab his dissentiat. Neq; enim unq̃ Græci ac Boemi tanta monstra receperunt: quanta furiosus iste palam peperit atq; effudit: quod neq; ipse idem inficiatur. Nam de Io. usſ. sic ait. VERBA Mar. Io. usſ. non repugnare uidetur quominus sit monarchia Papæ. Hoc tantum agit impium Pont. non esse membrum ecclesiæ/multo minus Papam. Ego uero etiam si Sanctus Petrus hodie p̃sideret Romę negarem Rom. Episcopũ esse Papam. Papa enim res ficta est in mũdo: neq; fuit/neq; est/neq; erit: sed fingitur esse. Quare ipsam sedẽ bestiæ nego: nihil moratus/sit ne bonus an malus qui in ea sedet.

Nota uerba.

¶ Hem quo nos ira Dei adegit. In medio christiani orbis tam horrenda blasphematur blasphemia. et ridet mundus. Verbum Christi uiolatur: & qui ministri Dei sunt in uindictã/gladio iustitię parcũt. Ac nonnulli furiam istam insanęq; uentum doctrinæ p̃ferre Dei uerbo uidentur. Ecquid putant? irrideri Deum posse? aut uinci? aut quę semel statuit conuelli? Quinimo. Scitote qa

iurauit dñus & nõ pœnitebit eũ. Scitote cœlũ trãsiturũ ps.109.
ac terrã/ ueꝝ iota unũ aut apicem/ sui sermonis nõ abi
turũ: ut ipse est protestatus / quin fiat. Scitote inq̃: illũ Math 5.
esse per quem Reges regnãt/& potẽtes locuntur iusti- Prou.8.
tiã. Illum eẽ/in cuiꝰ manu cor Regis uerset: ut quocũq; Prouer.21.
uoluerit uertat illud. Illum deniq; esse/cui flectere genu
deceat omne quod est cœlestiũ terrestrium & infernoꝝ. Ad Phl.2.
Equidem inuitus ita loquor: ut qui nolim ullius negli-
gentiæ nomine/aut nequioris criminis: cuiuspiã princi
pis ĩcusare maiestatem. At multo magis nolim, Christi
gloriam ac ueritatẽ/simul cũ salute cuiusuis hominis in
terirẽ. Nõ satis fuit hõi sceleratissimo negare claues Pe-
tro creditas: & unicũ Pontificem/ atq; Papam supremũ
sup omnem ecclesiam institutũ uerbo Dei: nisi insuper
(ut uidimus) ipsam eius sedem omnibus uenerandam/
sedẽ bestiæ appellasset: & regnũ Babilonis & Antichri-
sti. O Diabole, Diabole qd facis? Quid moues? Quo-
modo nõ uides regnũ tuũ/regnũ mendacioꝝ stare non
posse? Regnũ diuisionis & discordiæ? Addit.n. Marti
nus ne etiam a Io. uss. & Boemus uir dissensionis: non
discrepet. ❡ Fortassis in hoc peccauit Io. ꝙ duodecim
consilia Euãgelica fecit: cũ nõ sit nisi unicũ uirginitatis
seu cęlibatus: in qua tamen re deceptꝰ est p impiã Tho- Impia Thomæ thelogia.
mæ & Thomistaꝝ theologiã. Ita boni isti uiri ea quæ in
Io. uss. optima sunt damnauerũt: quæ uero non bona
probauerũt.

❡ O Dei prouidentiam: ut recte factum, ut hæretici ne-
q̃ant iter se nõ dissidere. Quid miꝝ? multiplex ẽ falsitas Hæreticorũ dissonantia.
una aũt ueritas; mendaces multiplices sunt: ueraces aũt

unanimes cōsētiūt in unū: q unā fidem/unū baptisma/ unā ecclesiā/atq; unū deniq; Episcopum (ut Cypriani uerbis utar) & esse/& esse debere in catholica ecclesia: confitet. Illud porro q̄ ridiculū sit (uel Martino ipso teste) ęstimari uelim: quod ait Io. usſ. deceptū per impiā Thomæ doctrinam: ut nuper audiat ex ore Martini ecclesia. Io. usſ. Thomę sectatorē fuisse. Si hęc persuadeas turbæ tuę/nescio quid supersit, tam aperte falsum/quod persuadere non ualeas.

¶ Trigesimus primus.

¶ In omni opere bono iustus peccat.

¶ Trigesimus secūdus.

¶ Opus bonum optime factū est ueniale peccatum.

¶ Trigesimus qntus.

¶ Nemo est certus se non semper peccare/pp occultissimum superbiæ uitium.

¶ Trigesimus sextus.

¶ Liberū aibitriū post peccatū res est de solo titulo: & dū facit qd in se est peccat mortaliter.

¶ Has fatuas cōclusiones seq; ipsas penitus destruētes inopinabiles & crudeles: siqs dignas existimet disputatione merito ipse se: nō solū nō xpianū uerę neq; hominē eē cōprobabit. Quid. n. hoc crudeli⁹/qd ait: op⁹ optime factum esse pecatū et mortale: licet. n. in articulo dixerit ueniale: tamen addens absurdum absurdo/nūc asserit mortale. Exponit autem/ueniale ex Dei misericordia: sed sui natura mortale/quādo omnia peccata sui natura sint mortalia. Quid etiam iniquius q̄ q; peccet mortaliter ille/qui facit qd ex se est: Quæ hæc bestiali

tas? nunquid hæc, unq̄ Boemi aut Greci / aut quæuis gens barbarissima recepit? Verū quantum ad liberum arbitrium pertinet quo melius eius blasphemiam intelligeremus. Post peccatū Adam non esse ulterius liberum arbitrium / sed mere seruum / ac mere passiuum in omni actu suo hoc exēplo declarat. VERBA Mart. Sicut tractus serræ secantis lignum / est serræ mere passiuus a sectore / nec ad tractum suum quicquam cooperatur.

¶ Ego uero / & si positionis admirer stultitiam: multo magis admiror / uel ignorantiam / uel quod magis censeo: impudentiam atq; malitiam q̄ in hanc sententiam / & Paulum & Augustinum uult trahere atque cogere / quanquam nolentes: immo cum certum sit solido atq; integro uolumine / data opera Augustinum istam blasphemiam confutasse: neq; enim aliam ob causam ad Valentinum de libero arbitrio scripsisse in exordio eius operis profitetur: nisi quia erant plusculi q ita gratiam extollebant / ut arbitrii libertatem tollerēt atq; proculcarent / sicut Pelagiani ita liberum arbitrium pdicabāt / ut gratiam & auxiliū Dei nō recognoscerēt; quo si indigeret homo (id qđ ait Martinus) iam non esse liberū argumentabantur: contra quos ad Paulum Aug. sic ait. Fateatur esse liberum arbitrium / etiam si diuino indiget adiutorio. Et ad Hilarium sic ait. Neq; liberū arbitriū tollit / qa iuuat: sed qa iuuat iō n̄ tollit. Et ad Valētinū clari⁹ his uerbis. Quātū ergo potuim⁹ egim⁹ cū istis & uris & nr̄is fratribus / ut in fide sana catholica perseuerent: quæ neq; liberū arbitriū negat siue in bo- Epl'a 106. Epl'a 48. Epl'a 47.

nam siue in malam uitã: neq; tñ ei tribuit: ut sine gra-
Prouer.4. tia Dei ualeat aliquid. Et paulopost ex uerbis Salomo
nis id cõprobans ait. Si non esset liberũ arbitriũ nõ di
ceret. Rectos cursus fac pedibus tuis. Et tñ si sine Dei
gratia posset hoc fieri/non statim diceret. Ipse autẽ re-
ctos faciet gressus tuos: itinera aũt tua in pace ꝑducet.
Eccl.15. Mitto quod Eccl. dicit. Deus ab initio cõstituit homi-
nem & reliquit illũ in manu cõsilii sui. Quãq̃.n. Mart.
hunc locũ excuset: ꝙ loquat ante Adę peccatũ: Sequẽ
tia tñ: ad q̃ infœlix non aduertit: ꝓhibent sic excusari.
Ibidem. Subdit.n. indifferenter. Adiecit mandata & præcepta
sua. Si uolueris mãdata cõseruare cõseruabunt te. Ap
posuit tibi aquã & ignẽ: ad id qđ uolueris porrige ma-
num tuã. Ante hoĩem uita & mors: qđ placuerit ei da-
Ad Ro.3. bitur illi. Quid ad hęc Martinus? nõne ait Paulus. Sci
mus ꝙ quæcũq; lex loquit his q in lege sunt loquitur?
O miserũ miserũ: An nõ uidet ꝙ qui liberũ arbitriũ ne
gat: & peccatũ simul negat & meritũ oẽ tollit atq; deme
ritũ? Quid.n. peccat Serra in manu artificis: si illã arti-
fex male trahat? aut si minus ipsa idonea sit ex inertia fa
bri: aut quouis casu? Quid etiã rursus si bene secuerit
gloriæ aut premii iuste/ipsi Serræ? Verum hic multo
satius confutare hominem potuissem cuiusdam magni
Philosophi: quãq̃ Ethnici: dicto. Ita enim cum huius-
modi hominum differendum consuluit: qui omnia ne-
cessitate fieri & nihil arbitrii libertati cõcedebant. Sci-
licet ualido fuste eousq; percuti atq; cędi: donec faterẽ-
tur in cædentis potestate esse ac libertate fustem retra-
here atq; desinere. Scripturas autem & testimonia quæ

pducit, facile est itelligere q non aliud probāt q̄ quod supra cōfitemur: Sine Dei auxilio & grā/liberꝫ arbitriū nihil posse in bonū. Idqꝫ esse qđ ait planissime glorio/sus Paulus. Velle adiacet mihi/sed pficere nō inuenio. Et rursus. Non q uolo bonū hoc ago. Et tādem. Quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Iesum Christum. Ad Ro.7.

¶ Trigesimus tertius.

¶ Hereticos cōburi/est contra uoluntatē spiritus.

¶ Vere contra uoluntatem spiritus ipsoꝝ hæreticorū hoc est. Si ergo Spirit9 Sāct9 in hoc cū hæreticis cōcor dat/conclusio uera & sancta est. At si potius cū Ambro sio/Hieronymo/Augustino/& ecclesiasticis legibus/ac demum ecclesiæ utilitate. Pestifer9 est hic articul9. Ait enim ut uidim9 Ambrosius. Hæresim igni debitā atqꝫ in cēdio periturā. Ait Hiero. Arrii scintillam/qa nō est initio extincta debita pœna/in illud incendium excre/uisse. Aug. uero quod & ipse fatetur Martinus: plurib9 epistolis. & cogi atqꝫ puniri hæreticos utile esse ecclesię contestatur. Quod quanquam olim non fieret id erat (inquit) quia nōdum erat impletum. Et nunc Reges intelligite: idest nōdum ptincipes ac Reges terræ Chri stum confitebantur. Ridiculū autem est: quia ait Pau lus. Necesse est hæreses esse: idcirco arguere: ergo non esse ullos hæreticos puniēdos: nam & ita argui potest: nullum peccatum puniendum: aut scandalum: quoniā necesse est (ut ait dominus) scandala esse & peccata. Sed ut alioqui dixi. Parco in hoc articulo tibi/quoniā tuā agis causam: quanq̄ ita iniqꝫ: ut & nos quos hæreti/ Ambrosius: Hieonymus. 1. Ad Cor.2. Math. 18. Matth.18.

ticos putas & Papistas uocas: omni morte atq; gladio & igne extinguendos & profiteris / & ad hoc sicarios & uiros sanguinum adhortaris.

¶ Trigesimus quartus.

¶ Preliari aduersus Turcas est repugnare Deo / uisitanti iniquitates nostras per illos.

¶ Si Turcæ sciant ita bonum patronum pro illis / Beatus es. Atq; ob eam causam existimo te omnia tentare. cum enim odiosus merito sis christianis, aliqd tibi moliendum est quo turcarum saltem beniuolentiam concilies. At responde quæso ad unum/quod rogo te. Nũne Deus uisitat peccata populi per Pastores malos / & malos etiam principes? Ita quippe scriptura loquitur. Dabo pueros principes eorum / & effœminati dominabuntur eis. Et alibi, Dabo tibi Regem in furore. Cur igitur tu resistendum eis doces? An non tuo gladio te petis atq; iugulas precipitatissime hominum? Verum non possum desinere mirari stupiditatem tuam, cũ tãto magis uisitet per hostes iniquitates Deus populi sui / quanto ille magis resistat. An non legisti quod in hystoriis traditum est, Iudeorum tanto crudelius fuisse exterminium / quãto illi pertinaci⁹ hostibus restiterũt? ut sic minus non resistendo fieret uoluntas domini q̃ resistẽdo. Cęterum ut rem tandem dissoluam: cum Deus uult per hostes iniquitates nostras uisitare/ nunq̃ quod naturæ est nobis aufert, uidelicet defensionem aut qđcunq; belli genus/defensionis causa susceptũ: aut alioq iustum: sed eo non obstante/uel non fauendo/aut etiã pauorem incutiendo / aut uires inimicis addendo / &

Esa. 3.

Oseæ. 13.

animum roborando facit illos uictores: & ita uisitat ini quitates. Sicut tota scriptura probat: ubi Deus ista uia uoluit uisitare scelera hominum. Sicut scriptum est. Fo ris uastabit eos gladius & intus pauor: Et alibi. Irruit aũt pauor domini super omnia regna terrarum. Et ali bi. Visitabo uos uelociter: Ponam faciem meam con tra uos: & corruetis coram hostibus uestris / & subiicie mini his qui oderunt uos / & fugietis / nemine perse quente. Et ibidem. Terrebit eos sonitus folii uolan tis: & ita fugient quasi gladium.

Deut. 32.

2. Pa. 20.

Leui. 26.

¶ Trigesimus septimus.

¶ Purgatorium non potest probari ex sacra scriptura: quæ sit in canone.

¶ Trigesimus octauus.

¶ Animæ in purgatorio non sunt securæ de salute sua: saltem omnes / nec probatum est ullis / aut rationibus / aut scripturis ipsas esse extra statum merendi / aut au gendæ charitatis.

¶ Trigesimus nonus.

¶ Animæ i purgatorio peccãt sine intermissione q̃diu q̃runt requiem & horrent pœnas.

¶ Quadragesimus.

¶ Animæ ex purgatorio liberatæ suffragiis uiuentium minus beãtur / q̃ si per se satisfecissent.

¶ Circa primum articulum. Duo de illius audacia ac te meritate sunt adnotanda. Primum q̃ ait Mach. librum nihil penitus authoritatis habere: & quod tacite saltẽ

uniuersa uidetur probare ecclesia ille solus/non solum non probet: uerum etiam omnem inde authoritatē suf ferat. Nihil miror/quando etiam Iacobi Epistolæ non pepercerit. Alterum est ꝙ ait liberum esse negare cuili bet purgatorium: ut hæreticus non sit aut minus Chri

Greg. Niss.

stianus qui neget. Hic aūt solum Greg. Nisseni paucis te absoluam. Ait.n.qui negat Purgatorium: cum iusti tiam Dei neget (quæ credo in scripturis ꝓbatur) & cū ab ecclesiæ snia recedat: quæ orat pro defunctis: hæreti cus/ & a fide deuius est dicendus. Vnde iniuria ecclesię & ueritati fieret non minima/si quasi in controuersiam

Paul. ad Cor.
Io. Apoc. ulti.

per disputationem poneretur: quando Aug. Et omnes aliis de Pauli & Apostoli Ioh. & euangelii uerbis: q̄ la tissime ac necessario Purgatorium argumētantur & ꝓ bant. Vltimū uero articulū fateor recipere posse bonū intellectū: si nō sola satisfactio quoad pœnā cōsideret/ sed meritū/ ēt quod satisfaciēdo per se ipsas pręter cha ritatem adipisci poterant. qđ tu tñ non cōsideras. Re liquos articulos de Purgatorio: alio libro ꝓ dignitate stultitiarū & inopinabiliū & perplexorum quæ infœlix incurristi: abunde accepisse/atq; tractasse mihi uideor.

¶ Vltimus.

¶ Vt deniq; condiret omnia: ultimo articulo: quo scili cet facilius superiora substinere posset & pro arbitrio: sine ulla controuersia triumphare ac debacchari: ita in ordinem Mendicantium manifeste insurgit.

¶ Melius esse (id quod etiam optare se prædicat) nul los esse ordines Mendicantium.

¶ Parco illi: qui non pepercit sibi: ut mendacium dice

ret. cum ex ordine mendicantium sit. Sed duplex tamē ordo Mendicantium. Alius pro quo dominus est sollicitus. de quo Propheta. Ego aūt mendicus sum & pauper/Dominus sollicitus est mei. Et alibi. Et persecutus ps. 39.
est hominem inopem & mendicum. Alius uero quem abominatur Dominus & a suis eiicit/de quo scriptum ps. 108.
est. Omnis indigens & mendicus nō erit inter uos. Et Deut. 15.
alibi transferantur filii eius & mēdicent: & rursus. Sedentes ps. 106.
in tenebris & umbra mortis: uinctos in mendicitate & ferro: quia exacerbauerunt eloquia Dei: & consilium altissimi irritauerunt. Et in hūc ordinem se transtulit & manebit Martinus: nisi (qd̄ difficile ualde est) ut resurgat.

¶ Sūma Doctrinæ: & Dogmatū Martinianoꝝ.

PRimo circa authoritatem scripturæ: Ecclesiæ conciliorꝝ Summi Pontificis: & Scōꝝ oīum doctoꝝ.
¶ A scriptura primū epistolam Iacobi remouet ut uidimus: Scilicet qa ꝑ xp̄o stat cōtra illū irrefragabiliter: & merito. Fratris. n. est. Præter hoc ēt. Mirū q̄ oportune eius linguam uirosam accusat atq; damnat: pp̄ q̄ qs iure miret̄ si nō potuit censere illā dignā Ap̄lico spiritu?
¶ Secūdo minus credendum esse Hieremiæ/q̄ Ap̄lis.
¶ Tertio Machab. libros eē penit⁹ nulli⁹ authoritatis.
¶ Quarto figura/hoc figuralis sensus nihil probat.
¶ Doleo q̄ postremā hāc blasphemiā Augustino īponit. Quæ si uera sit: totus iam Paulus esset reiiciēdus: qui figuras innumeras ꝓducit: atq; oīa ꝑ figurā illis ue Ad Heb.
tustioribus patribus asserit cōtigisse. Verū est tn̄ q̄ ait 1. Ad Cor. 10.

Aug. figuram his qui eam non recipiunt nihil ꝓbare: ut Iudæi sunt: in quoꝝ numero si reponat se Martinus: fatemur ꝙ figura nihil ꝓbabit illi. Christiano uero hoĩ figuram ꝓbare: & figuratos sensus recipi oportere: Augustinus præ aliis: qui super eiusmodi allegoricos sensus fœliciter plus cæteris laborauit: atq; uelut aqla trãsuolauit: late nobis probare potest.

¶ Ecclesiam deinde quam sequi debemus incertã nobis relinquit: immo tandẽ eius uirtutem in seipsum trãsfert/simul cũ alio quopiam socio: ut supra uidimus.

¶ Concilia quæcũq; quantumuis generalia/tñ non de necessitate recipienda: & quẽlibet posse melius sapere conciliis: & contradicere libere eorum gestis: si uerum aliter se habere ei uideatur.

¶ Papam esse rem cõfictam in terris. Esseq; Papatum regnum Babylonis & Antichristi: & Nimbroth robusti uenatoris: eiusq; sedem esse sedem bestiæ. Et specialiter: si Papa iste qui sedet mõ/Bullam in eũ fecit: eẽ illũ uerũ ac finalẽ Antichristũ spũ oris Dei extinguẽdum.

¶ De Sanctis supra uidimus horrendissima/quæ in ipsum etiam Apostolicũ ordinem. in Iacobũ fratrẽ Dñi. in illas Beatissimas Spũs. S. primitas Dionysiũ Gloriosum/euomere non est ueritus: ut in hac tandẽ doctrina agnoscere liceat. Sanctos Dei/ambitione ductos/ tyrãnidem suscepisse/auxisse/fouisse: gloria & aura populari captos confinxisse mendacia: impiam tradidisse doctrinam: contra fidem & euangelium errasse & in errorem misisse: ac demum libertatem Christianam (illã nimirum quã intelligit & optat Martinus) abstulisse atq;

extinxisse quasi latrones & spoliatores tam præclari doni: qd'(ut ait) in baptismo nobis a Christo præstitum est. Quis unquam tales potuisset credere fuisse aut esse Sanctos Dei: nisi tam perspicue nobis ista declarasset Martinus?

¶ Circa septem sacramenta in præludio Babylonicæ eius captiuitatis.

¶ Principio (hæc enim eius uerba) neganda/inquit/ mihi sunt septem sacramenta: & tria pro tempore concedenda quāq̄ more scripturæ loquendo/potius unum est sacramentum & tria signacula. Et in calce eiusdem Babylonici libri, Proprie ea sacramenta uocari uisum est quæ adnexis signis promissa sunt: quo fit/ ut si rigide loqui uolumus: tantum duo sunt in ecclesia Dei sacraméta. Atq; ita fit ut in doctrina ista Babylonica/Sacraméta sint tria tantum/duo tantum/& unum tantū. Et paulatim ista rōne nullū. Quippe sic ratio postulat. Babylonicæ enim captiuitatis hoc præludiū est. Quid autem tam congruum captiuitati Babylonicæ q̄ confusio? Præludium uero quid nam aliud est: q̄ nondum rei principium? Si igitur in præludio sacraméta redieere ad tria tantum: ad duo tantum: & ad unum tantum. Consequens est ut post præludium redigantur in nihilum. Nisi ꝙ ante spero in nihilum redigentur peccatores in conspectu Dei uiuentis. Sicut scriptum est. Tanquam aqua decurrens: qui alienati sunt a uulua: errauerunt ab utero locuti sunt falsa. Quorum furor ad similitudinem reguli obturantis aures ad uocē uenefici incantantis sapienter.

Hic agnosci Martini doctrina potest.

Ps. 57.

¶ Circa baptiſmi ſacramentum.

¶ Baptiſmo non auferri omne peccatum. ¶ Baptizatus ẽt uolẽs non poteſt perdere ſalutem ſuam/niſi nolit credere. nulla enim peccata poſſunt eum damnare/ niſi ſola ĩcredulitas. ¶ Baptiſmo libertatẽ cõfiteri: ita ut nullo Papæ / aut cuiuſuis hominis ſtatuto / ligari baptizatus poſſit/niſi conſenſerit. Hæc eius uerba. ¶ Dico itaq; neq; Papa / neq; Epiſcopus/habet ius unius ſyllabæ cõſtituendæ ſuper chriſtianũ hominem. Quicquid aliter fit / tyrannico ſpiritu fit. Ideo orationes ieiunia/donationes: & quæcunq; tandem Papa in ſuis uniuerſis decretis/tam multis q̃ iniqs ſtatuit & exigit/prorſus nullo iure exigit & ſtatuit / peccatq; in libertatem eccleſiaſticam: totiens quotiens aliquid eorum attentauerit.

¶ Circa pœnitentiæ.

¶ Ad capiendas eius blaſphemias pplexitates atq; ſtultitias: quas ſuper hoc effutiuit ſacramẽto: nõ ſatis eſſet locupletiſſimum uolumen. Etenim hic Diabolus obnixe conatus eſt q̃tum potuit: qm̃ nihil niſi naufragiũ & mortẽ hominum uult: a qua ſcit plane/ſolo hoc ſacramento poſt baptiſmum peccantes redimi non poſſe. Hic uero Serpẽs / uera orbis peſtis ac pnities nihil eorum pretermiſit: ut licere perſuadeat: quæ collibere animis effœminatorum & contumacium & ſuperborum pſenſit: ut intelligere facile poſſimus/q̃ ſit Chriſti ſeruus: q ſic placere ſtudeat hominibus & mundo.

¶ Circa Euchariſtiæ.

¶ Manere panẽ uerũ / ac uerũ uinũ poſt cõſecrationẽ. ¶ Xp̃ũ ĩ ſcr̃o ñ eẽ hoſtiã/nec oblationẽ / nec ſacrificiũ

¶ Vidimus.

¶ Vidimus horrendissimas has blasphemias superius in uerbis suis. Agnouimus in prima/q̃ fuerit stultus: ut sese destruentia infœliciter poneret. In hac uero posteriore iam nunc facile liquere pōt. in quantā Christi & Pauli & scripturæ totius & ecclesiæ uniuersæ: & omniū Sanctoꝝ atq; populoꝝ: & presertim sacerdotum iniuriam: hmōi insolētissime meditatus sit, cōtra oīum sensum ac uocē. An forsan mētitus est Propheta & plusq̃ ꝓpheta Ioannes: qui ostendens Christū/agnū Dei uocat: & tollentem peccata mūdi? quid est.n.esse agnum Dei: nisi hostiā oblationem & sacrificiū. Sicut Esa. declarat? Sicut ouis ad occisionem ducet: & sicut agnus corā tondente se obmutescet. Et Hiere. Ego q̃si agnus mansuetus qui portat ad uictimā. Et Paulus. Si.n.sanguis hircoꝝ aut tauroꝝ & cinis uitulæ aspersus inquinatos sanctificat/ad emundationem carnis: q̃to magis sanguis Christi qui per spūm.s.semetipsum obtulit immaculatū Deo emūdauit cōscientiam nr̃am &c? & subinde. Oīa pene in sanguine ꝓm legē mūdant: & sine sanguinis effusione nō fit remissio. Necesse est ergo exemplaria qdē cœlestiū his mūdari. Ipsa aūt cœlestia meliorib⁹ hostiis: q̃ istis. Nō.n.in manu facta/Sctā IESVS introiit/ exēplaria ueroꝝ/ sed in ipsum cœlū: ut appeat uultui Dei ꝓ nobis: neq; ut sæpe offerat semet ipsum: alioqui oportebat eū frequenter pati ab origine mūdi: nunc aūt semel in consumatione seculoꝝ ad destitutionem peccati per hostiam suā apparuit. Hęc apertius declarantes oēs Doctores passim in hanc sn̄iam quā Ambrosii uerbis exponā unanimiter concedunt. Sic.n.re

Io.1.

Esa.53.

Hiere.51.

Ad Heb.9.

cte Ambrosius. In Christo semel oblata est hostia ad salutem sempiternam potens. Quid ergo nos? nõne per singulos dies offerimus? Sed ad recordatiõem mortis eius & una est hostia/non multæ. Et subinde. Itẽ ipsam offerimus etiã nũc/quę tunc oblata est. consumi nõ potest. Quod. n. nos facimus/in cõmemoratione fit eius quod factũ est. Hoc. n. facite (ait) in meam cõmemorationem. Ita Hiero. Ita Augu. ita oĩs uox Christiana ab ipso Christo hactenus ꝓfessa est. Et nunc unus Martinus melius sapere uult/& hostiã Deo acceptabilẽ e medio ecclesię auferre authoritate temeritatis suę: qm̃ (inquit) missa est testm̃ & ꝓmissio: ergo non hostia/non oblatio/non sacrificiũ. Immo uero est (ut ait Paulus) testi sui ac promissionis seu potius exsolutionis debiti cõmemoratio/per hostiã tũc re ip'a ab ipso semel oblatam: ꝑpetuo tñ sm recordationẽ a nobis offerẽdam.

Hæc ad sacerdotes dei pertinent.

O miserũ qui ignorat hæc/& in Pauli nihilominus doctrina tantopere gloriat'. Immo uero/o nos miseros sacerdotes qui hæc merito patimur pp iniqtates nr̃as/& ambitionẽ/& gloriã ꝓprii nois. An nõ cõsiderer in nos metipsos loquar qđ ueꝝ est/salua semp reuerentia q̃ debet' bonis? Nõnulli. n. qa Augustianæ est (infœlix tñ) ꝓfessor disciplię hinc serpens/ueluti muti canes tacere malũt: q̃ (sicut bonos filios deceret Augustini) latrare in falsum fratrẽ: quasi uero Augustini gloriæ aliqd derogeť/ex adulteri hui⁹ filii pestilẽtia. An obsecro scholæ Christi qcq̃ esse detractũ: ex malitia ingratissimi discipuli Iudæ? Alii dicunt. illi incæperunt/illi perficiant Fratres Beati Dominici hanc sibi sumpserũt ꝓuinciã:

illi sequantur & uincant si pñt. O sacerdotes: o religiosi. An ꝓ nobis crucifixus est Augustinus/ Dñicus/ aut Fracíscus? an Christ⁹ potius? An tm̃ nobis negat Martinus Christum esse hostiam & sacrificiũ? an cõiter omnibus? Hẽ quo nos ambitio iniqua ꝓduxit. Merito igitur hæc patimur. Quin ergo iam resipiscimus & unum agnoscimus Dominũ IESVM CHRISTVM? eius contumelias quo zelo debemus: & qua possumus uirtute ac ꝑtãte linguæ & spiritus uindicantes? ne qñ dicamus miseri. Væ nobis qm̃ tacuimus. Sed o uecordiam/ o segnitiem nostrã/ ne dixerim grauiora. Merito hæc patimur: & iure iratus est nobis Deus.

¶ Circa sacramentum confirmationis.

¶ Hoc penitus negans/ ritum quẽdam & cærimoniam ecclesiæ esse concedit.

¶ Circa extremæ unctionis.

¶ Hoc pariter eliminans cũ Iacobi ep̃la: nõ digna (ut ait) Ap̃lico spũ: & cũ Dionysii Hierarchia quã simillimã somniis inanibus iactat: & cũ obseruãtia & cõsuetudine uniuersæ ecclesiæ: quã ꝓ xp̃iana tyrãnide accipit: & cũ authoritate Scõꝝ oium/ & oium ꝑploꝝ consensu longæuo/ q̃ habet ꝓ nihilo. Sic tandẽ ait. Si uspiam deliratum est hoc in loco est deliratũ. Nũquid ergo & cũ Martino nata & cum eo moritura est sapientia?

¶ Circa ordinis: & sacerdotiũ maxime.

VERBA Mart. Hoc sacr̃m ecclesia Xp̃i ignorat: inuẽtũq; est ab eccl̃ia Papæ. ¶ Et paulopost. ¶ Quare ꝑmitto ordinẽ esse quedã ritũ ecclesiasticũ: ut cõsecratio uasoꝝ/ domoꝝ/ uestiũ/ aquæ/ salis/ candelarũ/ herbarũ/

uini/& filiū. ¶ Et deinde contra Dionysii authoritatē. ¶ Huic tā debili fundamento nixi: caracteres effinxerunt/quos huic sacramēto tribuerēt: q imprimerent ordinatis. ¶ Et tandē. ¶ Omnes sumus sacerdotes quot quot christiani sumus. Sacerdotes uero quos uocam⁹: ministri sunt ex nobis electi: qui nr̄o noīe oīa faciāt. ¶ Et sequitur. ¶ Ex quibus fit/ut is qui nō p̄dicat uerbū ad hoc ipsum per ecclesiam uocat⁹/nequaq̄ sit Sacerdos. & sacramētū ordinis aliud eē non possit/q̄ ritus quidam eligēdi concionatoris in ecclesia. ¶ Et addit. ¶ Sacerdotis mun⁹ est p̄dicare: qd̄ nisi fecerit/sic est sacerdos/ sicut homo pictus est homo. ¶ Et subinde. Quibus erroribus & cęcitatibus id accessit maioris captiuitatis: quo se latius a cęteris christianis secernerent: se ipsos/sicut Galli Cybelis sacerdotes/castrauerūt/& cęlibatu onerauerunt simulatissimo. ¶ Et clarius declarans mentē suā. addit. ¶ Esto itaq; certus/ & sese agnoscat quicūq; se chistianū esse cognouerit/oēs nos ęqualiter esse sacerdotes: hoc est/eandem in uerbo & sacramēto quocunq; habere potestatē. Verū nō licere queq̄ hac ipsa uti/nisi cōsensu cōmunitatis/ aut uocatione maioris. ¶ Et concludens subdit. ¶ Quantū ergo ex scripturis docemur: cū ministeriū sit id/qd̄ nos sacerdotium uocamus: p̄rsus non uideo / qua ratione rursus neq̄at laicus fieri/semel sacerdos fact⁹: cū a laico nihil differat nisi ministerio. A ministerio autem deponi adeo non sit impossibile/ut passim ea ēt nūc celebret uindicta in culpabiles sacerdotes: dū aut suspendunt tēporaliter/ aut perpetuo priuantur officio suo. Nam cōmētū illud

caracteris

caracteris indebilis iam olim irrisum. Cócedo ut caracterem hunc Papa imprimat ignorante Christo: sitq; hoc ipso sacerdos eo consecratus nõ tã Christi/q̃ Papę perpetuus seruus & captiuus: cęterum (nisi fallor) si ruat hoc sacramentum & commentum aliquando/uix subsistet ipse Papatꝰ cum suis caracteribus: redibitq; ad nos lęta libertas/qua nos æquales esse quocunq; iure intelligemus: & excusso tyrannidis iugo sciemus / ꝙ qui christianꝰ est Christum habet: qui Christum habet / omnia quæ sunt Christi habet: omia potens. De quo plura & robustiꝰ: ubi ista amicis meis Papistis displicerẽ sensero.

¶ Quid hic dicam? an contendam super his que plures continent blasphemias q̃ uerba? Presertim cum robustiora polliceatur / si hæc senserit nobis quos uocat Papistas displicere? An non plane ego stultior illo/si laborẽ, ut sacerdotium Christi defendam contra insanũ hunc uentum / cito Dei uirttue cõpescendum? An nõ iurauit dominus & non pœnitebit eum/ quoniam Christus sacerdos est in eternum / secundum ordinem Melchisedech? Sperem igitur Christi sacerdotium/summi Dei iureiurãdo firmatũ / cõuelli humana ulla ui posse? Ridet hæc dominus / qui de cœlo prospiciens / agnoscit cogitationes hominum / quoniam uanæ sunt.

¶ Circa matrimonium.

¶ Parum ei fuisset negare hoc penitus esse sacramẽtũ: nisi insuper quantum ad eius attinet ritum / homines ad mores redigeret bestiarum: En audiamus Aemulũ Maumetis fœlicissimũ. VERBA Mart. Dico & quod in me est facio: monens & rogans omnes sacerdo

tes / & fratres : si uiderint aliquid impedimentũ in quo Papa potest dispensare: & quod non est in scriptura expressum: ut prorsus ea omnia matrimonia confirment: quæ contra ecclesiasticas leges / uel Pontificias fuerint quoquo modo contracta: Arment autem se lege diuina dicente ; quos Deus coniunxit / homo non separet.

℄ Hic ut uerbũ interponam de meo . Moneo ego rursus ac rogo omnes qui hæc audiunt. Aduertant prius ne Diabolus fuerit qui cõiunxerit . Scriptura enim ait : quos Deus coniunxit homo non separet / non autem quos Diabolus cõiunxit seu Martinus . Sequitur.

℄ Adde his : ꝙ homo non habet ius tales leges condendi : & christianis per Christum libertas donata est super omnes leges hominum: maxime ubi lex diuina intercedit : sicut dicit Mar . 2 . Dominus est filius etiam sabbati. Et addit. Deinde ꝙ tales leges ꝓdamnatæ sunt per Paulum : ubi prohibentes nubere futuros esse predixit.

℄ Hic etiam propter insignem hominis stupiditatem: & ne turba imperita decipiat & cadat sub peruerso uerborum Pauli intellectu. Sciant rem/apud ecclesiasticos Patres atq; Doctores Sanctos notissimam : ꝙ Paulus tantisper aduersus eos loquitur / qui penitus matrimonia & nuptias tanq̃ malas/erant ꝓhibituri: sicut nõnulli hęreticorum fuerũt: quorum impietas non solum ab ecclesia Ro. nõ probata: ueꝝ etiam aperte/sicut debuit/ est damnata . Neq; enim absolute dicendum est prohiberi nuptias / si speciatim inter aliquas certas personas prohiberentur . Alioquin etiam contra scripturam lo-

cutus esset Paulus: quando a scriptura nonnullorum nuptiæ damnatæ sunt. Et rectissime. Vox clamantis in deserto pdicauerit Herodi. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Quod ita naturæ consentaneum est, ut & pagani Philosophi in Repub. statuendis eiusmodi proximorum connubia optima ratione prohibuerint: quod tanto magis christianis esse obseruandum / quanto puriorem uitam / atq; cœlestiorem / & magis angelicam / Christo magistro didicerunt: Opinor nemo sani capitis negare potest. At uero cõtra Martin⁹ sic seqt.

Quare hic cedere debet rigor ille impedimentorum ex affinitate spirituali / aut legali cognatione & consanguinitate / quantum permittunt sacræ litteræ: in quibus tantum secundus gradus consanguinitatis prohibitus est: ut scribitur Leuit. 18. ubi. 12. personæ prohibētur: quæ sunt. Mater. Nouerca: Soror naturalis: Soror legitima ex utroq; parente: Neptis: Amita: Matertera: Nurus: Vxor fratris: Soror uxoris: Priuigna: Vxor patrui. In quibus non nisi primus gradus affinitatis & secundus consanguinitatis prohibetur / non tamen uniuersaliter: ut clarum est intuenti: nam fratris / aut sororis filia / uel neptis / non numeratur prohibita / cum tamen sit in secundo gradu. Et de cognatione spirituali sic loquitur.

Istæ nugæ compaternitatum &c. Debent prorsus extingui: & ponit rationem. Quis enim (hæc eius uerba) istam cognationem spiritualem inuenit nisi superstitio humana? Si non licet baptizanti aut leuanti / baptizatã aut leuatã ducere: cur licet christiano / chistianam

ducere? An est maior cognatio ista ex cerimoniis seu signo sacramenti contracta: q̃ quæ ex re ipsa sacramenti? An nõ Christian⁹ est frater Christianæ sororis? An nõ baptizatus: baptizatę spũalis frater? Quid insanimus?

℄ Sed age tu qui nõ insanis: q solus sapis Martine. R ñ de tuis uerbis. Nõne maior est ista cognatio spiritualis qua fratres sumus in Christo per baptismũ: q̃ quæcũq; carnalis? cur ergo carnalis: in his quos nec tu perfidus negas: prohibet matrimonium: cum hæc quæ spiritalis est non prohibeat? Et cur non fallaciam uides. Homo tot & tantorum oculorũ: qui omnium tibi arrogas resolutionem? Vere resolutionem/idest dissolutiõem & dissipationem. Nonne inq̃ uides: ꝙ non mirum si sola hæc spiritalis & nimis cõmunis cognatio/qua Christiani omnes sumus nuptias non soluit: quia si faceret/penitus omne matrimonium solueretur? & penitus cõtra Dei prouidentiam & scripturam: auferrent nuptię? At uero cum additur huic spiritali cognatiõi & alia specialis: quid mirũ si nuptiæ inhibeantur? cum per hoc non cesset spiritalis illa communis & addatur ista specialis: neq; fit nuptiis iniuria: cum non ipsę prohibeantur/sed solum certę personæ. An tibi forsan nouum duo uincula plus uno ualere? O infœlicem. Sed perge.

℄ Iam multo uanior est cognatio legalis. Nec huic impedimento consenserim quod uocant religionis disparilitatem: & exemplo cõfirmans addit. Duxit Patritius Gentilis Monicam matrem. S. Aug. cur hodie non liceat idem? Circa impedimentum criminis adducit exẽplum Dauid & Bethsabeæ. Hæc sunt inuictissim tandẽ

argumenta Martini. In lege ueteri ſic erat. Solum primus affinitatis gradus / & conſanguinitatis uix ſecundus prohibebatur: ergo ita nunc eſſe decet. An nõ hoc arg. euacuatur penitus Chriſti lex: ſi per omnia legem ueterem ſequi debeamus? Præterea / quod aliquo tempore erat permiſſum puta / ut fidelis infideli copularet: ſi in omni ſtatu neceſſario ſit hoc ſeruandum ualeatq; ratio iſta Martini: cur hodie non liceat idem? Non attendimus ꝙ denuo circuncisionem inducimus: & iudaicas pluſculas ſuperſtitiones? A quibus eccleſia permittẽte / multi chriſtianorum non abſtinebãt. Num eſt nouum / ut pro temporum qualitate ac ſtatu uario: & ipſæ uarie conſtitutæ ſint leges? Sed quid fruſtra diſputo ſuper tam manifeſtis / ac probatis tot ſacratiſſimorum cõciliorum decretis / & ſanctorum Patrum ſententiis: de quibus in Decreto locupletiſſime. 28. q. 1. per totam? Quare ꝑtereo: & reliqua impedimẽta: ligaminis / uoti / ordinis / publicæ honeſtatis: nam hæc omnia ſub hac recondita pereunt Theologia & irridentur. Libera enim eſt / nulla legẽ ligari / nullo uoto boni aſtringi / nulla ordinis aut honeſtatis ratione teneri uult. Hæc / reſolutiones omnium parit. Hæc ĩ captiuitatem Babylonicam / turbam confuſiſſimam / facile trahit. Horreo aũt addere plura ab hoc demone / ad explendam mollium animorum libidinem / excogitata: quibus omnes ſanctorum Patrum atq; Pontificum traditiones / ad frenandam luxuriem inductæ / impia temeritate uiolantur. Nam librum / qui Summa Angelica inſcribitur / ꝙ ibi eiuſmodi impedimenta enumerentur / Summã plus q̃ Nota de Summa Angelica.

diabolicam uocat. Et ut Ethnicos superet / ac paganas leges, procul dubio ab iis in iudicio increpandus & cõdemnandus: etiam digamiam uidetur admittere, his uerbis.
¶ Quibus erroribus ac cæcitatibus id accessit maioris captiuitatis: quo se latius a cæteris christianis / tanq̃ prophanis secernerẽt: se ipsos / sicut Galli Cybelis sacerdotes / castrauerunt: & cęlibatu onerauerũt simulatissimo: Nec satis erat hypocrisi & operatiõi erroris huius digamiam prohibere: hoc est / ne quis duas uxores haberet simul (id enim digamiam significare scimus) sed digamiam interp̃tati sunt / si q̃s duas successiue uirgines duxisset: aut semel uiduam.
¶ An non præclara hæc uerba sunt? unde primum intelligimus: Christum nobis hypocrisim errorem ac cæcitatem commendasse: cum dixit. Sunt eunuchi qui se ipsos castrauerũt propter regnum Dei. Et addidit. Qui potest capere capiat. Videbat enim Martinum / ac Martino similes capere hæc non posse: & si Paulinum se faciat Theologum. Et Paulus Dicat. Volo uos sine sollicitudine esse. Neq; uero excuset Martinus / q legem non damnet / sed hoc tantum / q legem quam sibi ipsis statuerũt non seruẽt. Immo enim explicite / ut uidimus / damnat legem. & quod stultissimum est: ex peccato p̃uaricantium: tam bene eruditum in Pauli doctrina / sese ostentat. qui eiusmodi argumẽtum ad Ro. 7. late excludit. Aliud etiam satis placet: quod digamiam cõcedere uidetur. Quis ergo miretur si turba / si effœminati & mollissimi uiri sequantur doctrinam tam lepidam? Sed

Math. 19.

1. Ad Cor. 7.

Ad Ro. 7.

obsecro te edissere nobis hoc certius. Ne metue Martine / maiora obtinuisti cum turba tua. Perge corrumpere (ut facis) Paulum. cum ait. Episcopum unius uxoris uirum. Et interpretare tu solus. Hic/ prohibitã Episcopo digamiam: idest copulam duarum uxorum simul: non etiam successiue: Et si Ambrosius/ Augustinus / & alii penitus Sancti Patres omnes, aliter intellexerunt, neq; uerborum aut uocabulorum uis repugnet. Sis tu sapiens solus: & ita uiuas cum turba tua quãdiu sinat Deus. qui solus uiuit: solus regnat: solus potest: & reddet iam omnibus iuxta opera /. & ad inuentiones suas. Non credis Martine? hoc est quod me magis ut credam prouocat. Tu perge quo cœpisti. 1. Ad Thi. 3.

¶ Circa uota / ac præcipue religionis.

¶ Tædio iam est prophanissima eius uerba: quæ sine fine in furore inculcat: referre. Summa horum hæc. Vota omnia / & presertim obedientiæ castitatis & paupertatis ppetuæ / esse ecclesiæ Dei pernitiosa: & cõtra libertatem in baptismo acceptam: inducta aũt contra Euangelium per Romanum Pontificem omnium au thorem & fontem superstitionum. Propterea consulit ecclesiarum Magnatibus / ut eiusmodi publicam uiuendi rationem: utpote christianis onerosam: immo & pręsumptuosam/ac periculosam tollant. Cuius autho res ex illis sũt, deqbus Apl's. Erunt docentes in hypo crisi mẽdaciũ ꝓhibẽtes nubere & abstinere a cibis &c. 1. Ad Thi 4.

2. Ad Thi. 2. At quoniam sermo eorum serpit ut cancer: sensimq; de blasphemia in blasphemiam delabuntur. Bern. & Francisci & Dominici exemplum excusat. his uerbis.

¶ Nec mihi quisq̃ obiecerit. S. Bern. & Franciscum & Dominicum: & similes religionum autores uel aucto res. Terribilis & mirabilis est Deus in consiliis suis sup filios hominum. Potuit Danielem/Ananiam/Azariã/ Misael in Babylonici regni: idest in media ĩpietate: ad ministrationẽ seruare Sanctos: cur nõ potuisset & hos in piculoso uitæ genere sanctificare? aut singulari ope re spiritus gubernare? Quod tamen exemplum aliis fie ri nollet.

¶ Audimusne stultitiam excusationis? Sed quo pacto excusat quod ipsi iidem & Bern. & Franciscus & Domi nicus: talem uiuendi regulam non solũm per se: uerum et pro aliis: a Pontificibus confirmari impetrauerunt? Atq; uocarũt alios sedulo in hanc uitæ societatẽ? Quo modo excusat. ꝙ hoc genus uiuendi etiam summis lau dibus ad cœlum usq; extollunt Sancti penitus oẽs? At

Bern. ꝑ uita religionis. postq̃ Bernardum nobis citauit: quid ait Bernardus. in ter alias innumeras spectantes ad hanc rem sentẽtias? Bonũ (inquit) est nos hic esse. uidelicet in claustro reli gionis. Quare? quia homo uiuit purius. Cadit rarius. Resurgit uelocius. Incedit cautius. Quiescit securius. Irroratur frequentius. Purgatur citius. Moritur confi dentius. Premiatur copiosius. ¶ Et comparans secula rem/huic rationi uiuendi. Addit.

¶ In monasterio est uita contemplatiua: in seculo labo riosa. In monasterio uita sancta: in seculo criminosa. In

monaſt. uita ſpiritualis: in ſeculo carnalis. In monaſt. ui
ta cœleſtis: ĩ ſeculo terreſtris. In monaſt. uita quieta: in
ſeculo turbulenta. In monaſt. uita tranquilla: in ſeculo
contentioſa. In monaſt. uita pacifica: in ſeculo plena iur
giis. In monaſt. uita caſta: ĩ ſeculo luxurioſa. In monaſt.
uita perfecta, in ſeculo uitioſa. In monaſt. uita plena uir
tutibus: in ſeculo plena uitiis. In monaſt. uita ſanctita-
tis: in ſeculo iniquitatis.

¶ Addit alibi. ꝙ religioſa uita eſt uere apoſtolica. &
eiuſmodi uotũ habet uim baptiſmi: tanq̃ Deo accepta-
biliſſimum ſacrificium. Et unice ſapiens Martinus / qđ
tantopere a ſanctis extollitur / audet deſtruere. Non mi-
ror: hinc nimirum: hinc inq̃ / omne bellũ hæreticis. Có-
grue oppugnat adeo crudeliter Martinus / a quo ita ſe-
uere arguitur & efficaciter expugnatur. Verum hic: ut
& ſcripturam oppugnet uolo. Quid ait ſcriptura? Vo-
uete & reddite domino. Quid Martinus? Nó uouete. ps. 75.
Volo ut & uerbum Chriſti oppugnet / ut tanto magis
arguatur ab eo. Quid ait Chriſtus? ſi uis perfectus eſſe
uade & uende omnia quæ habes / & da pauperibus & ſe Math. 19.
quere me. Chriſtus ergo ait / ſi uis perfectus eſſe uade.
Quo uis ut eã Chriſte / aut unde? Scilicet ex ſeculari ui
ta: in uitam religioſam. Sic enim exponunt ſancti: ĩmo
ſic ipſe ſeipſum declarat. Quid aũt ait Martinus? Noli
ire: periculoſum eſt / p̃ſumptuoſum eſt. Chriſtus addit.
Vende omniã quæ habes & da pauperibus. Martinus
intonat. Optare ſe nullos eſſe ordines mendicantium:
& ſceleratam abominationem hanc prędicat mendicita
tis / quæ non ſolum chriſtianis / uerum etiam paganis

displiceat. Hæc .n. mere sunt uerba sua. Ait ergo Chri
Ad Phil.2. stus. Vende omnia quæ habes. Et Martinus. Noli uē
dere. Christus subiicit. Et sequere me. Me qui fui Pa
Ps.21.25. tri obediens usq; ad mortem. Me / qui reddidi ei uota
mea in medio tui Hyerusalem. Et Martin⁹. Noli sequi
1 Ad Cor.1. Xp̄um sic/qm̄ stultitia est / q̄ displicet etiā paganis/non
solū christianis. Vere loquitur: paganis displicet. Scrip
tum est enim. Christi crucem esse gentibus stultitiam.
Vere loquitur: ꝙ etiam christianis displicet / sed falsis
christianis & filiis perditionis / qui de mundo sunt / cu
ius opera arguūtur: non enim ex nostris sunt huiusmo
Io. 2 di: ait Apostolus Io. Sed stabit. Stabit inq̄ Christus.
Stabit uerbum eius / & mundus transibit / & opera &
cōcupiscentia eius. Martinus transibit inq̄: & qui eum
sequntur. Et stabit Christus. Quippe omnis homo mē
dax: Christus autem uerax. Ipse dixit. Cœlum & ter
Ps.1.15. ra transibunt: uerba autem mea non transibunt. Tran
Luc.21. sibit ergo & mundus Martine / & omnis gloria eius tāq̄
Esa.40. flos feni. Vt ait Propheta. Quid tu infœlix confidis in
eo in quo non est salus? Hem resipisce si potes. Et desi
ne Pauli scripturā corrumpere / qui solam ciborum su
perstitionem improbat/non abstiētiam: quam optās
Ad Cor.9. de se dixit. Castigo corpus meum / & in seruitutem redi
go. Maledicentes etiam nuptiis redarguit: ñ aūt eligen
Ad Cor.7. tes cęlibem uitam / atq; illi se consecrantes. Quos po
tius exemplo sui allicit dicens. Volo uos omnes esse
sicut me ipsum. Et rursus. Beatior erit si permanserit
secundum meum consilium.

¶ Circa Purgatorium.

¶Negat probari purgatorium præter ſcripturas. Attamen ipſe credit eſſe purgatorium. Primum dictum cũ contra omnium doctrinam ſit ſanctorũ qui per ſcripturas confutarunt hæreticos ſic opinantes cũ eccleſiæ definitioni repugnet: impium eſt. De quo ſupra aliquid. Hic addo Chriſti uerbũ quod ſancti producunt ad purgatorium ſtatuendum. Fruſtra enim dixiſſet Chriſtus tanq̃ aliquid ſingulare. Blaſphemiæ ſpũm non eſſe remiſſibilẽ neq; in hoc ſeculo neq; in alio: ſi in alio ſeculo nullũ peccatũ dimitteretur quantũ ad pœnæ ſaltem reatum. Secundum uero dictum pugnat contra illum maxime. Si enim ut ipſe fatetur & clamitat: nihil eſt ponẽdum quod non probatur ſcripturis ſanctis: & ibi ſufficienter explicata ſunt omnia ad ſalutem noſtram: Cur igitur ipſe purgatorium aſſerit alias? immo ut penitus ſecum ſemper pugnet: quod ſupra præterii: cõtrarium opinantes ipſe idem hæreticos aſſeuerat ad Leonẽ his uerbis. VERBA Mart. Mihi certiſſimum eſt purgatorium eſſe: nec multum me mouet/quid blatterẽt hæretici. Et ſubinde. ꝙ ſi etiam tempore Apoſtolorũ non fuiſſet purgatoriũ (ut ſuperbit faſtidioſus Pighardus) nunquid ideo credendum eſt hęretico uix quinquaginta annos nuper nato: & fidem tot ſeculorũ falſam fuiſſe contendendum? Maxime cum ipſe nihil aliud faciat q̃ ꝙ dicit. nõ credo. & ſic probauit omnia ſua. & improbauit omnia noſtra.

¶Nunc uero poſt Bullã nouus Martinus factus: ideſt proficiẽs (ut ſępe diximus & probauimus) in peius: in teterrimo eius opere contra Bullam ſic loquitur.

ℭ Suo quisq; periculo hic credat uel non credat. Non est hæreticus si purgatorium non credit: nec ideo Christianus si credit. Greca enim ecclesia non credit manēs Catholica: nec ei nocet/ꝙ a Papistica ecclesia omnium schismaticissima criminatur & insimulatur schismatis solum ob hoc/quia non sequitur suos nugaces & a se repertos articulos fidei. Ego tamē & credo purgatorium esse/& consulo suadeoq; credendum: sed neminem uolo cogi/ sicut si non credam Thomam Aquinatem esse sanctum: licet a Papa canonizatum: quando & hi non sint hæretici qui Thomam negant: licet a Papa approbatum & confirmatum in suis libris.

Volo.

ℭ Quis nō rideat tot ambages tam perplexas ecclesia est Papistica quæ Purgatorium credit: quod tamē Apostoloꝶ tpe credebatur: quodq; a Beato Aug. & Ambrosio & Sancta Monica (ut fatetur) ꝓbatū est: qđ ēt credendum est: quod ipsi ēt Martino certissimū est. Et tñ Catholica imo sanctior atq; melior greca ecclesia q̄ hos nugaces fidei articulos non credit repertos ab ecclesia Papistica: illa. s. ut fatetur Martinus q̄ erat Aplōꝶ tpe: & per hoc illa Aplica unde fundamēta doctrinæ sunt.

Nota obsecro ambages lector.

ℭ O Martine ubi es? quo te proripuisti infœlicissime? quomodo tuo te gladio iugulas? tuo te reste suspēdis. Nam & manifesto saltem fateris aliquem articulum erroneum & falsum esse: & tamen non hæreticum quod superius tantopere es detestatus. Sed nolo unum per quod imponis turbæ tuæ & sciolis Mundi: præterire. Ais enim non est hæreticus qui neget Thomam. Fateor. Et tamen eius doctrina est a Papa probata.

Sed audi

Sed audi miser/quoniam duplex est probatio. Alia quidem'q probat ecclesia quępiã uti uera ac ex reuelatione Dei accepta: & ideo credenda & asserẽda. Et hic nemo dubitat hæreticum illum qui ea nolit recipere: sicut est de Canonicis libris: quos ex authoritate ecclesiæ oportet recipere. Alia uero probatio est communis alicuius doctrinæ: ut est probatio librorum multorum sanctorum: & præcipue quattuor doctorum & Thomæ. Hæc uero non talis est: ut per eam intelligantur probata omnia quasi uera: sed quasi non continẽtia errorem eatenus euidẽtem contra scripturas: & fidei explicitam manifestamq; ueritatem. In hũc modum probata est Thomæ doctrina. De canonizatione uero Sanctornm. Nõ opus omnia discutere: neq; etiam ad rem pertinet.

¶ Circa bonum & malum & peccata.

¶ Nullũ peccatũ ueniale sui natura sed mortalia oĩa.

¶ Quicunq; facit bonum quãtum in se est: peccat mortaliter. Et alia iuxta hæc abominabilia.

¶ Circa trinitatem.

¶ Altius euolans ad trinitatem. Essentiam diuinam generare & generari. Nam oppositum sine ulla statutum esse ratione contendit. Huc autem ascendit homo magnificus: ut nihil uideatur ignorare coram turba sua. Sed caute tñ incedit: paucis. s. uerbis. Astute. Probe. n. nouit non intelligere se quid loquatur.

¶ Circa animam.

¶ Non esse in ea liberum arbitrium.

¶ Nõ esse formam substantialem hominis.

¶ Hic ostẽdere uoluit se Philosophum. Sic enim agit.

Vbi uideri uult Dialecticus: Dialecticẽ improbat. Vbi Philoſophus: philoſophiam contemnit. Voluit enim aliquando ſe nobis oſtendere Iuriſta theologum: Idq; magnifica præfatione proteſtatus/pollicitus eſt. De Iuriſta autem certos nos fecit: cum iura ipſa cõbuſſit. De Theologo uero certiores efficiet ſpero: cum comburetur ille. qđ erit (niſi reſipiſcat) ſaltẽ apud inferos. æternis ibi flãmis affligẽdus. O miſerꝝ qui & iſta contẽnet.

¶ Circa fidem.

¶ Mitto q̃ peruertat fidei rationem: ut non in Deum ipſam fidẽ conſtituat: ſed potius in operationibus: quę in utrunq; euentum poſſunt cõtingere. Sicut ſupra latius declarauimus. Poſtremo enim uolens gemmã omnis doctrinæ ſuæ, quaſi auro colligare. Fidem ipſam in opinionem hoc eſt in dubium nobis manifeſtis ac perſpicuis uerbis uertit. Sic enim fidẽ definiuit: qa. ſ. Apoſtolus & alii Sancti perperam definierant.

¶ Fides eſt recta & bona opinio de Deo. Et addit.

¶ Qui fidem habet oĩa opa facit ſua ſpõte ad ſalutem.

¶ Hæc eius VERBA. Breuiter cũ fides ſit recta & bona opinio de Deo. Opinio aũt q̃libet per ſe ſolã hoiem trahit in opera: nõ eſt dubitandũ qn oĩa faciat qui fidẽ habuerit. ¶ Et hoc ꝓbans exẽplo mulieris ut ridiculũ ſe nobis ꝑpetuo exhibeat: coniungẽs opinioni amorẽ. ſic addit. ¶ Si. n. opinio & amor mulieris nõ ſinit eſſe ocioſum: ſed ſine lege & magiſtro plura facit q̃ poſtuletur: quomodo non fides multo magis idem præſtet?

¶ O ſtolidũ. & qs neget amorẽ operari plura? imo (ut inquit Greg.) ẽt magna & ocioſum eſſe nõ poſſe ſi ſit?

Quid aũt tu mihi opinioni amorẽ copulas/de opiniõe sola ꝓbaturus? Collocemne ego tam bonas horas: sup tot ambagib⁹ ẽt a se ipso alioqn milies cõfutatis? Quid uero pnitiosius q̃ ponere: fidẽ esse opinionem: ut sic in incertũ curramus? At Paulus cõtra substantiã sperãdarum rerũ & argumẽtũ nõ apparentiũ fidẽ definiuit: unde se non in incertum currere asserit. Sed hic fastiditus tandem parco calamo cõcludens ex Martini doctrina. Fidem redactam esse in opinionem. Immo utinam nõ destructam. Ad Heb. 11. 1. Ad Cor. 9.

¶ Conclusio totius operis.

EXistimo igitur satis superq; satis. Apud Christiani nominis zelatores/merito excusasse disputatiõem aduersus adeo ꝓphanã atq; insanã doctrinã. In qua ꝓphanatum est Sanctum Baptisma. Blasphematũ maximum corporis & sanguinis Dñi sacr̃m. Negata Christi hostia salutaris: acceptabile Deo sacrificiũ. Pœnitentię uirtus infirmata. Extenuata cõtritio/cõfessio/ac satisfactio a iure diuino explosa. Reiectũ cõfirmationis sacramentũ. Vnctionis: Extremũ infirmis solatiũ: pernegatum. Extincta sacerdotii dignitas: ac spiritalis character elusus. Cõculcata õis nuptiarũ honestas: oẽ cõtinentię uinculũ cõfractũ: Soluta ieiunia/Vota religiõis uitęq; Apostolicæ ratio: cum omni cultu diuino contempta. Christiana paupertas irrisa. Iustitia Dei temerata: extenuata misericordia. Pontificia omnis potestas/eminẽtia/ꝓrogatiua/deiecta. Ecclesia Ro. Schismaticissima Sedes ipsa Tyrãnica Babylonica Antichristiana & regnũ Nimroth: Greca uero & Boemica/catholica/san-

cta: sicut sancti & catholici qcunq; unq̃ aduersus Ro. sedem de fide contenderunt / a qua non causa ac iure: sed ui semper & fraude superati fuere. Regalis & imperatoria etiam potestas a Dei ecclesia exterminata. Deletæ omnes leges. Venerandæ cōciliorum sanctiones. Decretaq; sancta Pont. uiolata / neglecta / combusta / simul cum tot Patrum sententiis p̄clarissimis. Erecta Diabolica libertas. Mutilata / peruersa / temerata scriptura. Prostrata omnis Doctorū authoritas. Nihil seruatum honoris scholæ Christi / atq; Apostolico culmini: & primitiis Sancti Spiritus. Sancti Dei homines errantes in errorem mittentes. Adulatores / captatoresq; humani fauoris: ac propterea mendaces: fabulatores / confictores: ambitiosi: spoliatores christianæ libertatis: uiolatores Baptismi. Impii deniq; & extinctores fidei repti. Proinde: Monachi / Religiosi / Sacerdotes / Episcopi omnes in statu agētes periculoso: propterea qa Xp̄um / hostiam & oblationem / & sacrificium confitentur. Cōsensus / consonaq; uox totius christiani orbis / ac bonoꝝ omnium pro nihilo acceptus. Conciliati hostes fidei: iudei: hæretici: & ipsi turcæ. Naturę uis / Ratio / Liberū arbitrium: & quæ ipsis oculis comprehenduntur peruersissime negata. Perplexa pugnantia zizania confusiones confusissimæ introductæ: ut uere ex colluuione stultitiarum: calumniarum: mendaciorum: inopinabilium: blasphemiarum: captiuitas uere Babylonica sine lege / sine modo / sine ordine appareat.

¶ Hæc ne digna: ut ad disputationem ponantur? hæc ne dubia? an non clara ac manifesta de suis uerbis reddidimus?

reddidimus? Iam certus sum neminem nisi uolentem trahi in ꝓfundum posse harum impietatum neminem eas posse defendere: nisi publicum & manifestum hostem crucis Christi. Inimicum tranquillitatis & pacis. Cedo igitur ego iam causa: & restituo commendoq; illam Deo omnipotenti. Rogoq; quantum ualeo ut nõ contineat in ira misericordiam suam: omnibus qui ueritatem suam: & amant & suscipiũt per gratiam Dñi Nostri IESV CHRISTI Et Matris MARIAE: quibus honor & imperiũ in secula. Amen.

Florentiæ per hæredes Philippi Iuntæ.
Anno Domini. M.D.XXI.
Die ultimo Aprilis.

REGISTRVM.

a b c d e f g h i k l m n.

Quaterniones omnes Præter n Quinternum.

Errata quæ remorari forsan Lectorem possent.

Fo.10.Pag.2.uerſ.4.	operibus: pro opibus
Fo.16.Pag.2.uerſ.28.	q̃ſo babyloniã: ꝓ q̃ſo babylõia
Fo.22.Pag.1.uerſ.24.	abolea: pro aboleatur
Fo.26.Pag.2.uerſ.16.	nihil ho eũ: pro nihil horum
Fo.30.Pag.1.uerſ.28.	ſi tonitrui ſit filius: pro ſi cogno-mento iuſtus
Fo.36.Pag.2.uerſ.1.	fratrum: pro factum
Fo.38.Pag.1.uerſ.2.	pro ſanguine: ꝓ per ſanguinem
Eodẽ Pag.2.uerſ.25.	Aliquam: pro aliqua
Fo.41.Pag.1.uerſ.10.	moneatur: pro moueatur
Fo.44.Pag.2.uerſ.19.	ſingularitatem: ꝓ ſingulariter
Fo.50.Pag.1.uerſ.5.	malo paſtor: pro malo paſtore
Fo.55.Pag.2.uerſ.9.	iure cœleſtis: pro iura cœleſtis
Fo.60.Pag.1.uerſ.19.	& recogites: pro tacentes
Fo.61.Pag.2.uerſ.15.	ouis tui: pro oris tui
Fo.67.Pag.1.uerſ.5.	iniquis: pro inquis
Fo.74.Pag.2.uerſ.ult.	non pertinet: pro non perueniet
Fo.84.Pag.1.uerſ.26.	dubitauerunt: pro dubitauerint
Fo.89.Pag.1.uerſ.20.	Boemus: pro Boemis.
Fo.93.Pag.1.uerſ.13.	ut reſurgat. Abundat, ut.
Fo.94.Pag.2.uerſ.5.	confiteri: pro conferri
Fo.95.Pag.2.uerſ.23.	hinc ſerpens: pro hic ſerpens





